Sanguis. Plin. z 8. leporis linitus in oleo euulsionis. Serapio fm Dios. ranarum viridium similiter. Auicē. sanguis canis, & etiā ranarum viridium.

Tithymalus. Ignoratus. succi recētis frequens linitio.

Impedientia ortum barbæ.

AGNVS. PLI. 30. ex sanguine testicularum dum castratur, liniatur barba.

Hyacinthus herba. Plin. z 1. radix cum vino dulci linita.

Pilos subascellarum impedientia oriri in pueris.

FORMIGÆ. PLIN. vigesimo, ouorum eorum fricatio.

Serpens. Serapio fm Dios. adipe eius linita locus vñ euulsi sunt.

Impedientia ortū pilorū peſtinis.

CERVVS. PLI. z 8. cornu eius decoctio.

Equus. Plin. z 8. spuma eius liniatur eius dieb? quadraginta antequam primo nascantur pili. Sextus similiter.

Faba. Serap. fm Gal. & Dios. emplastrum in pectine pubescens cum farina fabarū, prohibet longo tempore ortum pilorum. Auicē. similiter.

Pilos euellentia, & abradētia, & habentia uirtutem psilotri.

ALVMEN. PLI. 35 cum aceto illinitum.

Arsenicum. Auic. Col. Serap. fm Gal. & Dios. auripigmentū dicit.

Capra syluestris. Plin. z 8. sanguis eius cum palma marina.

Cyperus. Plin. z 1. Sera. fm Dios. est quadam species in India q̄ linita facit statim cadere pilos.

Cinis. Plin. z 6. cū lacte canis. Et trigesimo secundo, cinis cancri, vel scolopendriæ marinae.

Colophonia. Cir. depilatorium. Reei. colophonix vnc. iij. mastiches vnc. j. armoniaci parū, dissoluta colophonia & mastiche ad ignem, addatur armoniacū, & sic colentur in aqua frigida, & malaxentur manibus, & seruetur cū uolueris depilare faciem vel alibi calefactū parū superpone per horā vnā vel duas, & remoue simul cum pilis, & seruet, quia pluries valet.

Cuffus, id est edera. Serapio fm Dios. lachrymi eius linitio.

Diapteris. Plin. z 7. radix illinitur vsq; dū sudores euocet, iterū q̄ & tertio ita, ut sudor nō abluat.

Ericius. Plin. z 30. sanguis eius.

Edera. Plin. z 4. lachrymus eius.

Fel. Plinius. z 8. capræ euulsis pilis triduo linitum. Et. z 30. ericij fel cum cerebro vespertilionis, & lacte capræ, & fel hirundinis, & sanguis eius.

Ficus. Plin. xx. tertio lac eius.

Lacticinia. Aui. lac eorum.

Lapislazuli. Mel. i nō loro est virtus abradēdi pilos ī palpebris.

Lepus marinus. Auic. caput eius sicut est emplastrum abradit pilos. Plinius. z 2. sanguis eius & fel, vel oleum in quo decoquitur vel necatur.

Lupini. Isaac. farina eorum nascentes euellit, natos adurit, & non permittit alios renasci, ut dicit.

Pulmo marinus. Plinius. z 3.

Pumex. Serap. secundum Dios.

Albukasis. fricatione.

Ranæ. Plin. z 3. paræ recentes, vel sicca, vel in oleo coctæ. Cir. ranæ pellem cōbustam pone in aquam balnei, & cadent pili.

Resina. Plinius. z 4. omnis.

Rospus. Circ. sanguis eius est venenum pilorum.

Salix. Serap. secundum Atabari, lac eius abradit pilos.

Sanguisuga. Plinius. z 3. trita cū aceto, vel cinis eius.

Sepum. Plin. z 8. asini recens vel siccum cum aqua linitum.

Spuma maris. Serap. fm Galenū, quinta eius species, abradit pilos. secundum Dios. quarta vel quinta cum sale.

Thymus piscis. Plinius. z 2. sanguis vel iecur.

Tithymalus. Plin. z 6. succus, vel in sole cum oleo linito cerebro, vel euulsis pilis. Serap. fm Dios. primæ speciei lac recēs cū oleo linitum ad solem, pilos vel capillos depilat & euellit. & q̄ postea oriuntur, sunt subtiles & rubei. q̄ si secundo vngatur, cadūt omnino. fm Gal. similiter. et continuatio impedit ortum.

Torpedo. Plinius. z 3. cerebrum eius cum albumine.

Vespertilio. Plin. xxx. sanguis ei? vim psilotri habet, non tamen satis proficit nisi eruca & cicuta semen postea inducatur. sic enim aut in toto tolluntur pili, aut non excedunt lanuginē. Idē & cerebro eius perfici putat, alii qui sanguinem & iecur miscēt.

Vipera. Plinius trigesimo, oleū decoctionis.

Vitis. Plin. z 3. lachryma maxime quæ ex farmētis viridibus accensis emanat pilis illinitis.

Auicenna. lachrymæ syluestris vitis cum oleo.

Volubilis. Auicē. lac magna.

Vrtica. Plinius. z 2.

Yrundo. Plinius trigesimo, fel vel sanguis.

Argentia & elongantia capillos

AZEDARACH. Almansor.

Bersequascen. Aui. cum oleo myrtino & vino.

Capilli Veneris. Mesue. cū oleo myrtino & vino. cinis eorum similiter operatur.

Castaneæ. Isaac. cortices vsq; applicata cum sapa capiti, adolecentis capillos cōfortat & auget.

Cepe. Serap. fm Dios. cum spuma maris, multiplicat & auget capillos. Circ. cum antimonio, fricata capillis, crementa q̄stat.

Gallitrychum. Theffalus. succus eius cum roseo.

Laudanū. Aui. proprie cum oleo myrti & vino, plangat capillos.

Myrtus

Myrtus. Auicenna. succus oleum & decoctio.

Nabach. Auicenna.

Sifamum. Auicē. succus foliorū.
Isaac. lotio ex aqua decoctiois frondium. Haliabas.

Inspissantia capillos.

ASTINVS. PLIN. 28. cinis genitalis eius liniatur abrasis pilis.

Celsus arbor. Haliabas. folia cū pluuiali cocta.

Laudanum. Aui. pprie cum oleo myrtino & vīo, i spissat capillos.

Myrrha. Auicenna. cum oleo myrtino & laudano.

Pollytrichum. Plinius. xxv.

Vrsus. Sextus. adeps eius cū laudano & vīo.

Attenuātia et subtiliātia capillos.

BAVRACH. AVIC. puluerizati super eos.
Faba. Auicēna. emplastrū ex corticibus.

Lupini. Auicenna.

Markasita. Serapio secundum Albugerig. Auicenna.

Pumex. & iranides.

Salix. Serap. fm Dioscoridem, in vnguentis apposita.

Sepia. Kiran. cortex eius.

Lenientia capillos.

NABACH. AVIC. Pylidium. Circa. aqua decoctionis eius, asperitatem capillorum lenit.

Sifamus. Auicē. pprie succus foliorum. Haliabas. folia.

Vitrum. Serapio. laticat capillos, & barbam.

Crispantia capillos.

ASPHODELYS. Plin. 22. fricata cute, prius actu rasa.

Bubo. Plinius. xix. sanguis eius.
Camelus. Plin. vigesimo octavo, cinis fini eius.

Markasita. Auicenna. Serapio secundum Albugerig.

Pollytrichum. Plinius. 22.

Sibia. id est styrax. Plinius vigesimotertio.

Corrosioni capillorum.

LILIVM. PLINIUS trigesimo primo, radix. Oliua. Auicenna. folia cocta in agresta.

Sifamum. Haliab. folia.

Mundificantia, Abluentia, et Pulchrificantia capillos.

NVX. SERAPIO fm Diosc. cortex vsta cum vīo & oleo liniata, pprie infantibus.

Spuma argenti. Plinius. 33.

Caniciem inducentia.

AQVA ROSATA. Almanfor. Camphora. Serapio fm Eben Mesue, vsus potus eius, facit accelerare canos.

Opium. Haliabas.

Remouētia, & Tardātia caniciē.

ANACARDINŪ minus. Diuisiones antidota. in paralyti.

Asinus. Plin. 28. cinis genitalis eius linitus abrasis pilis.

Canis. Sextus. vrina eius lauetur caput, non nascuntur cani, & si fuerint, inficiuntur.

Colocynthis. Mes. oleum coctum in cortice eius tardat.

Alkab. Mes. iij. antido.

Anacardina. Mes. in cura defectus memoria.

Cōsec. Saledati. Aui. iij. quarti, in cura lepræ.

Lætificans. Mesue in cura melancholiæ.

Coruus. Kir. oua eius canos denigrant. Sex. perfundatur ouū corui i vasculo cypreo, & tādū moueat donec mutet colorē, deinde radatur caput, & liniatur eo donec ouum consumatur. teneat enim tādū oleum in ore donec siccet ne detes nigrescāt, dein de alliget caput, & post. iij. diē dissoluat, & efficit ne cani fiant.

De aromatibus Galeni. Mes. primo anti.

Electuariū Regū. Aui. iij. quinti.

De myrabolanis indis.

Al. iij. tract. de cōditis muraba.

Myrabolani. Col. kebuli. Serapio cap. emblicorū. fm Habyx, cēs tres species myrabolanorū cum emblicis, & bellyricis, modico oleo amygdalarum dulciū, tingit capillos paratos canicie.

De agresta. Sera. assidua vnctio. Auicē. quotidianus vsus.

Oleū De costo. Mes. xij. antid. De alkanna. Mes. duodecima antidota.

Porri. Plinius. x. cortex.

Tryphera minor. Alman. ix.

Tryphera Ioannicij. Mesue in cura factoris oris.

Vermes. Plinius trigesimo, terrenorum cinis cum oleo.

Tingentia capillos.

ACACIA. PLIN. vigesimo quarto. Atriplex. Plinius vigesimo, syluestris.

Auellana. Auicenna. vsta.

Callytrix. Plin. xxvj. oleo trita.

Cardamomum. Alman. vstum.

Lentiscus. Plin. 24. folia.

Morus. Plin. 23. folia cū cortice vtis, & sic nigre cocta i pluuiali.

Pollytrichum. Plinius. 23.

Porrum. Plin. xx. cortex cocta.

Rubea. Plinius. 24. folia.

Rubus. Plinius. 24. mora eius cū omphacino. Serap. fm Galeni, foliorum decoctio tingit.

Salix. Auicenna. species garab ditæ cortex radice.

Sambucus. Plin. vigesimo quarto & vigesimo sexto, aqua eius.

Testudo. Plin. 32. fluuiialis sanguis cum lacte mulieris.

Denigrantia capillos.

ABSINTHIYM. Plinius. 27. cum oleo ros. Macer. cinis.

Acacia. Serap. fm Diosc. Auicē. Alkanna. Cire. cum oleo liniatur & permittatur exicari.

Auellana. Serap. fm Galeni, vsta linita cum oleo capitibus puerorum. Auicenna. vsta.

Ciconia. & iran. oua cum vīo soluta, sed defendatur oculi, & facies ne tangantur.

Colocynthis. Mesue. oleū coctum in cortice eius.

DD ij

Coruus. Circainstans. oua.
 Cypressus. Plin. z 4. folia cū aceto. Serap. secundū Dioscoridē, nux cum aceto trita.
 Cuslus. Serapio secundū Diosc. cum oleo rosaceo succus calefactus in cortice granati.
 Ebulus. Serapio secundū Diosc. semen eius linitum cum oleo.
 Edera. Plin. z 4. fructus eius.
 Emblici. Serapio secundū Ebē Mesue. Auicenna. Haliabas.
 Eruum. Plin. z 2. folia viridia. Es vltum. Auicenna.
 Faba. Hali. flores si terant in mortario plūbeo, & ponantur ad solem, fit de eo spissitudo quędam optime denigrans capillos.
 Gallæ. Plin. z 4. Serap. secundū Diosc. infusio earum in aceto & aqua. Auic. aqua earum. Circ. puluis earum coctarū in oleo cū cortibus radicis nucis optime tritis & simul coctis in aqua pluviali ex ipsis intinge capillos albos vel canos.
 Gallina. Plin. z 9. simus recēs linitus, & sanguis, & cerebrū, & teneat oleū ore ne detes nigrescāt.
 Galitrychum. Apuleius. cū oleo cocta, & cū ovo corui frequenter liniatur. Thes. succo eius & oleo nardino vngatur caput.
 Indicum. Serap. secundū Isaac, denigrat capillos & pilos barbę Haliabas. folia eius.
 Laudanum. Plinius. z 6.
 Myrtus. Plin. z 3. Aui. succo, oleū, & decoctio proprie seminū. Serap. secundū Diosc. decoctio fructus.
 Morus celsi. Aui. folia cū folijs vitis & ficus nigre coctis in pluviali. Serap. secundū Diosc. similiter.
 Oleum de alkanna. Haliabas.
 Oleum myrtinū. Nicol. Haliab.
 Papauer. Serap. secundū Eben Mesue. cū cortice nucis tingit capillos in nigrum fortis nigredinis.
 Rubeus. Serap. secundū Gal. & Diosc. decoctio summitatum & florū. Auicenna similiter.
 Salvia. Serap. secundū Diosc. decoctio. Mac. succo sepe linit in sole.
 Sanguisuga. Plin. z 2. putrefactę in vino vel aceto diebus. xl. rotidemq; diebus illinitis in sole tãtam vim huic esse dicunt, vt nisi oleū ore teneat qui tingit, dentes eorū denigrari dicunt.
 Sumach. Serap. secundum Diosc.

decoctio foliorum. Auicenna.
 Taurus. Kiranides. sanguis niger crudus cum oleo.
 Viola. Ignotus. succus foliorum domesticę cū nardo vngatur.
 Vitriolum. Serap. secundū Diosc. quędam species eius apponitur medicinis denigrantibus.
 Ypericon. Plinius. z 6.
 Yrudo. Kiranides. cū melle apū.

Rubificantia capillos.

ALKANNNA. SERAPIO secundū Diosc. trita infusa in aqua linitis capillis. Circ. cū aceto vel aqua.
 Cyperus. Plinius. z 3.
 Fax vini. Serapio vsta cum oleo mastiches & resina pini, linitur cū pilli per noctem.
 Fax acetii. Plin. z 2. vsta cū oleo lentisci vna nocte.
 Lycium. Aui. Serap. secundū Diosc. decoctio serraturę ligni eius.
 Nux. Plinius. z 5. cortices.
 Nabach. Serap. secundū Diosc.
 Rubea. Circa. aqua decoctionis eius facit capillos rubeos.
 Sapo. Plinius. vigesimo octavo, gallicus cum seuo & cinere.
 Tassus barbassus. Auicenna.

Flauos facientia capillos.

BARBASSVS. IG. flos eius aureus est. Lismakia. Plin. z 5. & z 6.

Supercilia denigrantia.

ALKIDABNIGRUM. Auic. viij. tract. summa. ij. quinti.
 Capra. Plin. z 8. cinis cornu vel carnis eius cum oleo.
 Formicę. Plin. xxx. oua earum.
 Muscę. Plinius. xxx. trita.
 Oleum de costo. Aui. x. quinti.

Casus capillorum.

ALOE. PLIN. z 7. cum vino linitū. Serap. secundū Diosc. cum vino, retinet fluentes. Aui. cum vino superpositū, prohibet casum eorum. Mac. cū vino cataplasmatum, confortat, retinetq; pilos quos contingit cadentes. Circ. cum farina

lupinorū & staphisagria in aceto decoctionis radicum oliuę.
 Auellane. I. vstę cū adipe veteri.
 Axungia porci. Plinius. z 8. cum quarta parte gallinarum.
 Burdo. Sextus. iecur combustum cum oleo myrtino.
 Brassica. Plin. xxx. pura illinita.
 Camelus. Kiranides. stercois combustum cum oleo.
 Capilli Veneris. Serap. secundū Diosc. cum laudano, oleo myrti, & lilij & hyssopo, & vino, retinet fluentes capillos. Mes. similiter prohibet casum eorū, & puluis combustorum idē facit. Aui. bersegua sceni. capilli Veneris cū aceto & oleo, phibent casū capillorū.
 Capra. Plin. z 8. vngularum cinis cum pice. Item cornu eius puluis vel cinis magisq; hirci addito nitro, & ramarisci semine, & butyro, oleoq; prius capite raso, mire continet. Sextus. fecatur cornu eius cum farina vel oleo myrtino.
 Caules. Serap. secundū Diosc. cum sale cadentes retinent. Mac. trita.
 Ciconia. Kiranides. cinis pullosrum eius cum melle.
 Cyclamen. Plinius. z 5. radix vsta cum pinguedine porci.
 Colocynthis. Mes. oleū coctū cū cortice eius, prohibet casum.
 Conchylum purpureum. Serap. secundum Diosc. coctum in oleo & linitum, retinet.
 Dianthos. Ignotus. trita cū lixiuio, laudano, oleo myrtino, liliaceo, & vino, vel cū vino & lixiuio coctum ex quo colluatur caput.
 Emblici. Serapio secundū Eben Mesue. prohibent casum. Circainst. cū aloë & oleo vincto capite.
 Lacerta. Plinius. vigesimo nono, cinis eius cum oleo myrti.
 Laudanum. Plin. z 6. Serapio secundū Diosc. cum oleo, & myrrha, & cū oleo myrtino retinet fluxū.
 Lepus. Sex. ventriculus coctus appositus cum oleo myrtino.
 Lepus marinus. Haliabas. oleum cataplasmatum.
 Liliū. Plinius. z 1. radix.
 Lothos. Plin. z 4. ramusculorum decoctio cum vino retinet.
 Myrrha. Serapio secundū Dioscoridē, cum vino, laudano, & oleo myrtino, retinet cadentes.
 Myrtus. Plinius. z 3. retinet. Serapio

pio fm Dio. decoctio. Auic. succus & oleū, & decoctio phibet. Musca. Hali. cinis cum melle. Nabach. Serap. fm Gal. decoctio cum vino vel aqua, prohibet casum. Auic. similiter. Nasturtiū. Serap. fm Dio. succus linitus. Auic. & Mac. similiter. Oliuarū syluestriū. Sera. prohibet casum. Oleū Myrabolanorū. Nic. inūctio prohibet casum. Myrtinum. Nicol. cum laudano linitum. Ostraca. Auic. ostracum purpureū coctū in oleo linitum, retinet. Porphyra Serapio fm Dios. oleū decoctionis earū linitū, retinet cadentes, & facit oriri capillos. Polytrichum. Plin. z. z. & z. 5. Raphanus. Plin. xx. Serap. fm Ra sim, confert habenti casum capillorum, si affuecit eo. Sene. Serap. fm Isa. & Paulum. Taurus. Kiran. simus eius. Thapsia. Haliab. lac eius linitū. Tilia. Plinius vigesimoquarto, aquositas ei⁹ ex medulla castrata arboris desiuens. Vitrum. Auicenna. Serapio fm Eben Mesue. Vrsus. Plin. z. 8. adeps cum laudano. Sextus similiter.

Caluiciem inducentia.

SARCOCOLLA. Serapio fm Habyx, sumpta sola, aut cum aliqua medicina etiam si fuerit completa aetatis, inducit caluiciem, & facit cadere capillos omnes; & si fuerit iuuenis, sic tardius; & si senex, citius. Mes. vsus eius generat caluicium. Auic. potius frequens, maxime in senibus.

Alopecie conferentia.

ABSINTHIUM. Auic. in phlegmatica. Haliab. syluestris cinis cum oleo. Abroranum. Serap. fm Gal. com bustū linitum cū oleo antiquo, aut raphani, aut de kerua. Auicenna. vstum. Adeps. Plin. z. 8. vrsi. Auic. Halia. similiter. Serap. fm Dios. vrsi facit oriri capillos. Auic. anseris.

Adiantos. Ignotus. Allium. Serap. fm Dios. vstum cū melle, & oleo de been. Auic. cinis cum melle. Haliab. fricatio. Aloe. Circ. per modum supradictum in casu capillorum. Anacardi. Auic. in phlegmatica. Apium. Plin. xxv. rhaninū, ita qd celeriter remoueat. Gal. vj. sim plicū, similiter. Auic. sylvestre. Aristolochia. Thes. linitū ei⁹. Arūdo. Auic. cortex & radix. Plin. z. 4. cinis arundinis cypriae. Arsenicum. Auicē. cum gumma pini. Serap. fm Dios. similiter, sed dicit auripigmentum. Asphodelus. Pli. z. z. radix. Auicē. proprie cinis radice linitus. Sera. fm Gal. & Dio. sifr. Hali. Cir. radice cinis cum apibus, vstis. Asa. Plinius. z. z. Auicenna. cum aceto & pipere. Serap. fm Dios. cum vino & pipere. Aurum. Auic. limatura eius. Auellanae combustae. Isaac. cum veteri adipe suis vel vrsi. Serap. fm Galenum, vsta cum cortice & axungia, & sepo linita. Betonica. Colliget. cinis. Bleta. Plin. xx. Sera. fm Dios. emplastrata, capillis prius rasis. fm aliquos, facit oriri pilos. Camelus. Kiran. sterco combustum, linitum cum oleo. Canna. Sera. fm Dios. & Gal. emplastrū ex cortice eius cōbusto cum aceto, curat alopeciam. Cantharides. Plin. xxix. illinita. Capillus algol. i. Veneris. Serap. fm Gal. Halia. cū aceto & oleo. Auic. cinis cum aceto & oleo. Capra. Pli. z. 8. sterco cōbustum cum melle. Serap. fm Gal. Auic. similiter. Sex. sterco cū vino linitū, facta prius fricatioe. Hali. extrema eius cōbusta cum aceto vel oleo linita. Item Serapio fm Gal. & Auic. vngulae eius cōbuste, linita cū aceto forti. Kir. similiter combustae linita cum pice liquida. Cardus. Plinius vigesimo, succus antequam floreat. Castaneae. Isaac. cortices vstaeaponantur cum sapa. Cepe. Plin. xx. fricatum. Auic. Macer. Circ. erudum fricatum. Serapio fm Gal. cū aceto fricatū, facit oriri pilos in alopecia plusquam spuma maris, Secū dum

Dios. succus linitus, facit cito capillos in ea, maxime cū spuma maris. Haliab. fricatio eius. Cyclamen. Halia. Serap. fm Gal. seminis fricatio. secundū Dios. radice emplastrum. fm Eben Mesue, vnguentum. Cinis. Pli. z. 8. pellis hippopotami. Itē cornu eius cum vino. Et xxix. simi pecudum cum oleo & melle, & vngulae mulae vel muli cum oleo, & muscarum cinere cartarum, vel nucū cum melle tantum, linitur diebus decem, & murū, & erici, & hystricis cū melle vel pilis ei⁹ pice, vel capitis p se, & pellis viperae, & cito operatur. Auicēna. capitis leporis, proprie marini. Kiran. erici marini cum adipe. Colocynthis. Sera. folia sumpta laxando conferunt. Haliabas. Cotanum. Plin. z. z. lanugo eius cum vino & cera. Ericius. Sera. fm Dios. terreni cutis vsta cum pice liquida, curat cum aceto vel oleo oliuae. Auic. sifr. Hali. cinis vsta cum melle. Eupatorium. Auicenna. in principio confert. Fagus. Plinius. z. 4. cinis fructus cum melle linitus. Fel. Plin. z. 7. caprae cum cimolea & aceto, ita qd capiti inarescat. & scrofae cū vrina tauri, & tauri cū alumine egyptio linita. Ferri arugo. Plin. z. 4. cum cera, & oleo myrti. Serap. fm Dios. facit oriri in antiqua. Ficus. Plinius. z. 3. folia. Gallina. Kir. sterco siccum cum mero vel vnguento. Gatta. Kiran. sterco siccū cum sinapi & aceto. Sextus similiter, sed a quis ponderibus. Indicum. Auicenna. Lacerta. Plin. xxix. combustae cū radice recentis arundinis, sed virides lacertae sunt meliores. Laser. Plinius. z. z. cum nitro. Lac. Plin. xxix. mulieris cum brasica & cinere muscarum. Lapis magnetes. Cir. puluis subtilissimus cū succo sceniculi. Lapis acutorius. Serap. fm Dios. fricatura eius cū ferro linita, facit nasci capillos in ea, & fricatio cotis olearis, cōfert alopecie Lepus. Serap. fm Dios. & Gal. eaput vstum cum adipe vrsi aut

aceto, curat. Auicenna. caput proprie marini. Halia. marini cum adipe vrsi vel aceto.
Mus. Serap. Aui. Pli. z 9. sterco. Halia. cinis capitis cum melle. & iranides similiter, cum adipe porci, vel vrsi & cinere.
Museg. Plinius. z 9. capita earum recentia, cinis etiam earum cum cinere cartarum vel nucum equaliter. Hali. combusta cum melle.
Nasturtium. Pli. xx. Apul. semen cum adipe anseris, caluiciei confert.
Nenufar. Plinius. z 5. radix illinita. Aui. radix cum pice. Serap. secundum Gal. similiter.
Nuces. Plin. z 3. cortices vstæ cum vino & oleo. Serap. fm Dio. sifr. vel nuclei verustarum masticari.
Sinapis. Nicolaus.
Nucis. Plinius. z 3.
Oleum De kerua. Auicenna.
Laurinum. Nicol. Aui.
Passeres. & iranides, sterco cum adipe porci.
Pix. Aui. emplastrum facit nasci pilos in alopecia. Serap. fm Diof. emplastrum cum farina hordei similiter. Plinius. pix sicca.
Polytrychum. Plinius. z 2.
Porcus spinosus. & ir. caput vstæ cum melle, vel corium eius tritum.
Raphanus. Serap. fm Diof. cum farina lolij, facit nasci pilos in alopecia. Aui. cum oleo & farina lolij.
Ranarum cinis. Aui. Serapio fm Gal. & Diof. cum pice humida, alopecia aufert. Halia. cum melle multum valet. kir. cum pice, & et paruarum ranarum similiter.
Robur. Plinius. z 4. pilula eius cum adipe vrsi.
Rosa. Pli. z 1. syluestris cum adipe vrsi. Et. xxv. syluestrium rosarum spongiola in spinis earum nascentes vstæ cum melle.
Rubus. Plinius vigesimoquarto, rosa eius cum axungia.
Rura. Auicenna.
Sandaraca. Pli. z 4. aceto illinita.
Sebesten. Colliget.
Serpens. Auicenna. carnes sumptæ maxime valent.
Sycla. Auicenna. emplastrum post ablutionem cum nitro.
Sinapis. Pli. xx. Mac. cum melle. Serap. fm Diof. emplastrum. Aui.
Solatrium. Apuleius. succus.
Scabiosa. Cir. succus eius & aq. de-

coctionis eius, & tassi barbassii.
Spuma maris. Al. Aui. vsta. Hali. vsta cum aceto. Sera. fm Gal. & Diof. tertia & quarta eius spes vsta mista vino rubeo subtilis substantia, & linita curat.
Sqlla. Aui. cum oleo & gummi pini.
Staphisagria. Aui. in antiq. valet.
Stercus caprarum. Halia. vstæ cum aceto cataplasmatum. Aui. pprie montanarum vstæ. Sera. fm Gal. sed fm Diof. vstæ cum aceto & secaniabin linitum curat.
Stercus muris. Sera. fm Gal. confert. secundum Diof. coridæ, cum aceto linitum curat.
Talpa. Auicenna. sterco.
Tesie. id est gummi ruta. Aui. valde valet.
Thapsia. Serap. fm Diof. fricatio cum cortice radices, vel cum lycinio eius, facit nasci capillos in ea. Hali. lac cataplasmatum. Auicenna. & non est ei par.
Taurus. Plin. z 8. fel. & ir. simus.
Testudo. Plin. trigesimo secundo, sanguis marinae illinitus.
Vipa. Aui. Pli. z 6. pellis eius vsta.
Vitulus marinus. & iranides, caput vstum cum cedria.
Vingulae. Serap. fm Diof. caprarum vstæ cum aceto linitæ curat. Hali. iumentorum cinis cum oleo.
Vulpis. Sextus. oleum decoctionis cum bitumine.
Yera Logodion. Aui. ij. v. Serap. ix. antid. Haliab. vij. antidota.
Yera Rufi. Hali. Aui. ibidem.
Ystopus humida. & iran. cum oleo omphacino & vino.

Tiria capitis & tineæ.

ABSINTHIUM.
 Aui. confert tiriæ.
Bersegualcen. id est capilli Veneris. Auicenna. cinis cum aceto & oleo.
Gastanex. Col. combusta.
Costum. Colliget.
Colocynthis. Serap. folia bibita laxando conferunt valde.
Eupatorium. Aui. in principio.
Gallitrychum. Thes. cap. herba Veneris, empfm tyriæ valet.
Lepus marinus. Aui. caput vstæ.
Oleum laurinum. Nicol.
Pix. Circainstans. fiat capellum ex ea cum colophoniam.
Rubea. Colliget.

Sebesten.
Sulphur. Colliget.
Squilla. Auicenna. cum oleo & gummi pini.
Staphisagria. Plinius. z 3.
Styrax. Circainst. apponatur.
Yera Logodiæ. Aui. ij. quinti. Serapio. ix. anti. Hali. vij. antido.
Furfuribus capitis & corporis.

ACETVM. PLIN.
 vigesimo tertio, furfuribus corporis valet.
Allium. Sera. fm Diof. combustum cum melle, furfuribus capitis.
Alumen. Pli. 3 5. cum pice. Sera. fm Dio. vstæ cum aqua picis, aufert.
Amygdala. Aui. lotio earum cum vino. Plinius vigesimo tertio, amare, furfuribus faciei.
Arundo. Plinius. z 4. cum vino cocta, furfuribus capitis.
Baurach. Auicenna.
Batheca. Aui. quod interius est.
Bulbus. Auicenna. Sextus. cum nitro affo. Ignotus similiter.
Bleta. Serap. secundum Diof. decoctio eius, & radices lotio.
Chamaedrys vel champepyris. Cir. cum lupinis, aqua falsa, & aceto.
Chamomilla. Macer. sola, vel cum melle in furfuribus faciei.
Canabis. Auicenna. succus foliorum & oleum seminis.
Capra. Sextus. cornu ferratura cum farina, furfuribus.
Capilli Veneris. Mes. Aui. Serapio. cum cineribus.
Caprificus. Plin. z 3. folia cum aceto, corporis furfuribus.
Caules. Auicenna. decoctio.
Elleborus. Circa. puluere eius in aceto decoctionis lupinorum, liniatur caput.
Fel. Plin. z 8. tauri tollit etiam ex facie, & porci. Aui. bouis cum nitro & cimolea. Serap. fm Diof. tauri lauato capite curat perfecte
Foenugrecum. Pli. z 3. puluis cum vino & nitro, celeriter etiam tollit ex facie decoctio eius. Serap. fm Diof. abluendo. Aui. si fr.
Fax vini. Plin. z 3. vsta cum ficu.
Ficus. Serap. fm Diof. folia agrestis cum sale & aceto emplata.
Gluten alborin. Auicenna, furfuribus faciei valet.
Laurus. Pli. z 3. bacca cum coleo.
Laudanum. Plin. z 6. cum sale.
 Liliij

Lilij radix. Pli. xxj. etiã fursuribus faciei. Serap. fm Dios. cū melle.
 Aui. oleum eius. Macer. bulbus eius coctus, fursuribus faciei.
 Malua. Pli. z 1. radix cocta. Mac. similiter, addita vrina.
 Myrtus. Plinius. z 4. Serap. Aui. cenna. Haliab. decoctio.
 Nasturtiũ. Apul. cū adipe aseris.
 Nitrum. Circainst. cum melle & oleo abluto prius capite cū aceto & aqua salſa.
 Oleum. Plin. z 3. myrtinũ. Item amygdalarum cū vino. Serap. agreste amygdalarũ. Aui. amararum. Itẽ fœnugreci Hal. myrtinum. Mac. viol. Nic. amygdalarum amararum cum vino.
 Oliua. Pli. z 3. aqua fructicis recentis accensũ. Serap. fm Dios. similiter, etiã empfm fructus.
 Olibanum. Auicenna. loto prius capite cum nitro.
 Polytrychum. Plinius. z 3. valet etiam fursuribus faciei.
 Raphanus. Plin. xx. syluestris.
 Salix. Serap. fm Dios. decoctio foliorum. Hali. si fr. Aui. decoctio speciei dictæ garab. Pli. z 4. flores & folia, fursuribus faciei.
 Siela. Auicenna. aqua eius.
 Sifamus. aqua decoctionis frondium. Aui. succus arboris.
 Scedenegi. Auicenna.
 Squilla. Plinius. xx. folia.
 Stercus adip. Auicenna.
 Sraphisagria. Plinius. xx. trita facilius cum sandaraca.
 Tartarus. Circain. cum aqua decoctionis staphisagria.
 Triticum. Plinius. z 2. farina cū rosaceo & ficu sicca.
 Vitis alba. Serap. Auicenna. aufert ex capite fursures.
 Vitrum. Haliab. Aui. Serapio. aufert ex capite fursures.
 Vrina. Serap. fm Gal. hoĩs abluto capite. Aui. cameli & tauri. Hali. hoĩs & cerui loto corpore. Sextus. hoĩs cū nitro apposita.
 Yera Logodion. Serap. ix. antid.
 Yera Archigenis. Serap. ix. antid.

Prurigini capitis.

ADEPS. PLIN. vi. gefimooctauo, vsũ.
 Ceruus. Pli. z 8. cornu.
 Cicera. Is. eius decoctio lauari.
 Fel. Plinius, z 8. capræ, vel porci,

vel ouis cum creta, cimolea & aceto linitum.
 Fœnugrecum. Plin. z 4. cum vino & nitro celeriter operatur.
 Mentastrum. Pli. xx. cum aceto.
 Nasturtium. Apuleius. semen cū adipe auferis.
 Sinapis. Plinius vigesimo.
 Testudo. Plinius. z 2. sanguis il. linitus, proprie marina.
 Vrina. Plin. vigesimo octauo.
 Yssopus. Plin. xxv. tritus cū oleo.

De dispositionibus decorationis in cute corporis. Cap. III.

Cuti conferentia, & morbis eius.

CONFECTIO HAMech. Mes. iij. antido.
 Oleum de ouis. Mesue duodecimo antidotarij.
 Syrupus de fumo terre. Mes. vj. ati.
 Vitis. Gal. vj. simpli. vna domestica, vel syluestris, vel extremi rates eius, cõseruãt cutẽ hoĩs.

Asperitati membrorũ & cutis.

OLEUM SISA/ minum. Mes. xij. anti.
 Oleũ amygdalarũ dulciũ & amararum. Mes. ibidem.
 Oleum sambacinum. Mesue. xij. antido. lenit cutem.
 Oleum de frumento, & oleũ amygdalarum amararum, Mesu. ibidem, leniunt cutem.
 Vnguẽtũ alfaticõ. Mes. xj. ati.

Mundificantia cutem a maculis, infectione, & fœditate eius.

AGARICVS. Mesue. vsus ei⁹ aufert fœditatem coloris cutis acquirens ei colorem bonum.
 Alkanna. Kir. abstergit & subriat abluto prius loco cum calida postquã steterit prius in balneo. alkanna distemperata cum albumine oui & aceto liniatur locus, & secundo die iterũ cum calida liniatur, & sic fiat tertia vel quarta die.
 Althæa. Macer. semen cum aceto & oleo.
 Amygdala amara, Plin. z 3, in aq̃

trita. Item radix arboris.
 Aqua lactis. Mes. est medicina bona infectioni cutis quarũ materia est calida, & humores adusti.
 Asina. Sextus. lacte eius cū faba linimẽto misto, lauetur: melius si mulsam liquidam miscueris.
 Batheca. Auicenna. ipsa & semen.
 Bucornariam. Auicenna. radix.
 Been. Mesue. oleum eius confert fœditati cutis.
 Caulis. Serap. secundum Gal. semen. Mac. cum albumine & albumine non scisso, & aceto.
 Chelidonia. Macer. folia cataplasmata.
 Cepe. Macer. succo cum aceto sepe fricare. Cir. Isa. vsus eius pulchram cutim inducit.
 Cyclamen. Hali. Aui. radix. Sera. fm Gal. semen. fm Paulũ, cum sapa mundificat. fm alium, emplastrũ ex semine recẽti, vel succo, aufert oẽ qd nascit in cute.
 Cucumer asininus. Mes. ex succo radicis, & farina fabarum fit linimentum bonum abstergens fœditatem cutis.
 Dragontea. Gal. vj. simplicium, cum aceto. Mac. similiter. Ignostus similiter radix.
 Elleborus. Macer. Auicenna. applicatus. Mes. cum aceto fricatus, remouet fœditatem cutis.
 Eruca. Macer. cum melle.
 Erbum, id est orobus. Plin. z 2. Isaac. cutem clarificat.
 Faba. Isa. ablutio cum farina ei⁹, eutem manus & faciei mũdat.
 Ficus. Sera. fm Dios. sicco coctæ cū fœnugreco linitæ, sed lac ei⁹ impositũ in emplastris conuenientibus, confert maculis factis ab humoribus.
 Lithargyr⁹. Ser. fm Dio. ablut⁹ & dealbat⁹, abstergit sordes cutis.
 Lupini. Plin. vigesimo secundo. Serap. fm Dios. maculis.
 Mel. Serap. secundum Dios. mel amari saporis.
 Melitinus lapis. Pli. z 6. cū cera.
 Melones. Serap. fm Gal. proprie semensicatum & tritũ in limaturis positum. fm Isa. semen.
 Narcissus. Serap. fm Gal. cū orobus, mundat sordes corporis. fm Dios. cum orobus & melle.
 Nasturtium. Pli. xx. cum pice.
 Nigella. Serapio secundum Gal. maculas aufert cutis.

Amygdalarum, Plin. z 3.
 De ben.
 De cerasis.
 De mabaleb.
 Oleū Sambacinū. Mef. xij. ant.
 De mezereon.
 De serpentibus.
 De ouis.
 De iunipero.
 De fraxino.
 Oua. Sex. albumen cum faba fri-
 xa confricata, & in sole fricatū,
 maiores maculas subtiliat.
 Panis porcinus. Mef. est ex maxi-
 me mundificantibus cutem, &
 resoluentibus eius sceditatem.
 Papauer rubeū. Hali. flores eius.
 Palma Christi. Auicenn. proprie.
 Raphanus. Auicenn. mundificat
 a colore extraneis.
 Rapa syluestris. Plin. xx. semē. Se-
 rapio fm Diosc. cum farina faba-
 rum, & lupinorum, & orobi.
 Rizī. Isa. linire cum eo vel aqua
 eius, cito mundificat.
 Rubea. Auicenna. ab omni vesti-
 gio mundat.
 Ruta. Plinius vigesimo.
 Sauina. Serap. fm Dioscoridem.
 Macer. in ceroto.
 Serpentaria. Mef. vtraq; species
 aufert sceditatem cutis, proprie
 cum melle.
 Scamonea. Serapio fm Paulum,
 abstergit cutem.
 Spuma argenti. Plinius. z 3.
 Spuma maris. Serap. fm Diosc. pr-
 ma & secunda eius species.
 Sputum. Serap. fm Galenū, ab-
 stergit maculas corporis.
 Stercus. Serapio. stellionis mun-
 dificat & clarificat multum.
 Vitis agrestis. Sera. vj. simpliciu,
 vna, & extremitates eius sale co-
 ditæ. Serap. fm Diosc. & Gal.
 Vitis alba. Plinius. z 3. succus ra-
 dicis cum herbo. Sera. fm Diosc.
 radix cū orobo & foenugræco.
 Mef. succus radicis proprie cū
 farina ciceris & fabarum, abster-
 git sceditatem cutis.
 Vnguentum althæe. Mef. xj. ant.
 Vnguentū alfafricō. Mef. xj. āti.

Faciem præseruantia iuniorem,
 eiusq; cutem extendentia.

AMYGDALÆ. Ama-
 ræ. Auic. rugis faciei.
 Plini. vigesimo tertio,

decoctio radicis.
 Adeps. Plin. z 8. leonis cū roseo.
 Et. xxx. anseris, gallinæ, & cyni.
 Ampelofagria. Plinius. z 7.
 Anisum. Plinius vigesimo.
 Anagallys. Thes. succus cū aqua
 ros. linitus. Igno. cum oleo ros.
 Aqua ros. Circ. subtiliat cutem.
 Axungia. Plinius. z 8.
 Ceruisia. Plinius. z z. spuma eius
 & similiū potuum.
 Conchylia. Plinius. z z. cinis eo-
 rum cum melle. vij. diebus illi-
 nitus, ita vt octauo foueantur
 albo oui rugis confert.
 Gallitrychū. The. vnguētū ex eo.
 Gluten. Serapio fm Diosc. & Pau-
 lum, pisciū linitum extēdit cu-
 tem. Plinius. 3 z. similiter.
 Ichthyocolla. Pli. 3 z. in aq; cocta
 /horis. iij. deinde cōtusa & sub-
 acta ad liquorem mellis illinita
 facie, post horas. iij. abluatur.
 Lac. Pli. z 8. afinæ rugis faciei.
 Lentiscus. Pli. z 4. lachryma eius.
 Lilium. Sera. fm Diosc. radix. Auic.
 similiter. Mac. bulbus lilij coct^o
 applicatus cum ceroto.
 Lithargyrus. Serap. fm Diosc. ab-
 lutum albificatū, extendit cutē.
 Mastiche. Plinius. z 4. Auic. pul-
 chritudinem possidere facit.
 Mel. Plinius. xxx. in quo apes sunt
 mortuæ, vtilissimum in facie,
 præcipue tamē purgat faciem,
 atq; extendit cutem.
 Oleū amygdalarū. Plin. z 3. Aui.
 proprie amararum cum melle,
 radicis lilij, & cera liquefacta.
 Nicol. extendit rugas faciei.
 Sal. Plinius. 3 1. apponitur in v-
 nguētis ad extendendū cutem.
 Terachia. Plinius. 3 5.
 Testæ. Pli. 3 z. cinis ostracorum,
 muricum, & conchyliorum.
 Tilia. Plinius. z 4. humor in fol-
 liculis eius nascens.
 Vitis alba. Circ. affata radix.
 Vnguentum citrinū. Nicol. pul-
 chram reddit faciem.

Mūdicātia, Clarificātia, Dealbā-
 tia faciei, et maculas ei' abstergētia

ADEPS. PLI. 30.
 cychni, & gallinæ.
 Amydum. Auicenna.
 Amygdalæ amara. Plinius vige-
 simo tertio, radix, & oleū. Serap.
 fm Diosc. radix cocta & bene

trita, mūdicat maculas faciei.
 et sū amygdalæ emplastrata,
 & oleū eius similiter aufert ma-
 culas faciei.
 Anagallys. Thes. medicamē ex eo
 cum melle. Igno. succus cū mel-
 le, lycio indico, aceto acerrimo
 supermistis, ex quo si mulier fa-
 ciem perungat, clarā & tersam
 habebit. Itē succi quantū suffi-
 cit, spumę maris drac. iij. pumi-
 ci s drac. viij. licij indici drac. ij.
 gallicę drac. viij. iris illyricę drac.
 xx. mellis drac. viij. hoc vitia de
 facie tollit prius nitro facie per/
 Ampelofagria. Pli. z 7. (uncta.
 Andacoca syluestris. Serapio se-
 cundum Diosc. cum melle.
 Argentum viuum. Cir. cū axun-
 gia gallinæ & cerussa mistum,
 clarificat & dealbat.
 Aqua rosata. Circainstans. abster-
 git maculas faciei.
 Belliculi marini. Cir. puluis sub-
 tilissim^o cū pinguedine gallinæ,
 Borax. Circ. cū aqua ros. linitus,
 vel cū melle albo mūdo, aut cū
 ynguēto citrino, aut cū pingue-
 dine gallinę. Nota q; vnc. ij. aq;
 rosatæ sufficiunt, scrupu. iij. &
 in libra. j. mellis vnc. j.
 Bulb^o. Ig cū spuma maris vsta.
 Capra. Sex. felis drach. j. farina
 lupinorum & mellis drach. iij.
 liniatur facies.
 Caulis. Serap. fm Diosc. semen.
 Cyclamen. Plin. z 6. Serapio fm
 Diosc. radix cum aceto.
 Cyminum. Auicenna. decoctio
 eius intrus & extra.
 Cinis. Plin. 3 z. muricū, vel testa-
 rū conchyliorū cū melle linit^o.
 Et. xxx. cochlearū quę late sunt,
 & minutarum cinis cum melle,
 Columbus. kir. stercus cū aceto.
 Cucumer asininus. Serapio fm
 Diosc. puluis radicis. Aui. simili-
 ter. Mef. succus radicis cum fa-
 rina fabarum illinitus.
 Dracanthum. Circainst. cū aqua
 ros. faciem dealbat.
 Ebur. Plinius. z 8. ramētum eius
 cum melle. Sex. similiter.
 Eruca. Pli. xx. semē eius exterius,
 Effion, id est cresson. Plinius. z z.
 statim emendat.
 Ferula. Plinius. xx. viris.
 Fungi. Plinius. z z.
 Frumentū. Aui. & eiusdē farina.
 Gallitrychū. The. vnguētū ex eo
 Gentiana.

Gentiana, Plinius. z 6.
 Granum viride. Auicenna. granū arboris alborin.
 Iarus. Cir. radice puluis cū aqua ros. mistus, exicetur, & hoc fiat ter vel quater, vel amplius ex hoc puluere solo, vel cum aqua ros. facies liniat. plus enim depurat quā ipsa cerussa.
 Iuuenus. i. vitulus. Plin. z 8. tractatu cap. x. talum eius candidi xl. diebus noctibusq; donec resoluantur in liquorē, decoctum & illinitum linteolo candorē cutisq; erugationē prestare dicit.
 Lac. Plinius. z 8. asin.
 Lambrusca, id est vitis alba. Plin. vigesimotertio. grana eius.
 Lapathiū. Plin. xx. radix linita.
 Laurus. Cir. puluis bacarum eius excorticatariū cū melle facie linita in balneo, multum prodest tuberositatibus faciei dictis baruli, id est cossi.
 Lepidium. Plin. xx. exulcerando.
 Lycium. Plinius. z 4. Haliabas.
 Liliū. Plin. z 1. radix. Auicenna. similiter. Serap. fm Dios. radix cū melle. Mac. bulbus eius coctus.
 Cir. puluerizata cum aqua ros. distemperata, exicetur ter vel quater, & cū aqua ros. mista facies liniatur, & colorat eam.
 Linimentum anagalli. Theophrastus. cap. herbæ sagitarij.
 Linimentum aristolochiæ. Theophrastus. cap. herbæ piscium.
 Lupin. Aui. in pluuiali decoctio. Serap. fm Dios. decoctio si fr. do nec dissoluat, mundificat facie.
 Mel. Cir. cū aqua clarificat facie.
 Mastiche. Auicenna. ponitur in decoctionibus ad hoc, & facit possidere pulchritudinem.
 Melones. Serap. secundum Dios. interius eius cū seminibus confectum cum farina siccatum.
 Muri. Plin. z 2. ex piscibus multis.
 Nymphaea. Plin. z 6. illinita.
 Nitrum. Circainstans. cum melle faciem depurat.
 Oleum amygdalarū. Plin. z 3.
 Oleū de nucleis persicorū. Col.
 Orob. Sera. fm Dios. cū melle.
 Os sepię. Circ. cum vnguento citrino, vel cum radice serpentarię & aqua ros.
 Panis. Plin. z 2. succus cū melle.
 Pepo. Plin. xx. cortex & folia. Gal. ij. alimen. ipse & semen eius.

Persicaria. Auicenna. recens trita cum semine.
 Raphanus. Serapio secundum Paulum, semen mundificat antiquas maculas faciei.
 Rapa agrestis. Plinius. vigesimo. Serap. secundum Dios. cum faba, lupinis, & orobo.
 Ruta agrestis. Plin. vigesimo.
 Ruta. Plinius. vigesimo.
 Salix. Plin. z 4. cinis cum corticibus primorum ramorum, & maxime admisto eius succo.
 Serpentaria. Mef. vtraq; spēs mundificat faciem, proprie cum melle. Cir. cum tertia parte cerussæ & aqua ros. clarificat faciem.
 Sisybrium. Plin. vigesimo.
 Sinapis. Serap. fm Dios. cum melle & adipe, aut cū cera dissoluta cum oleo, mundificat faciem.
 Spuma maris. Auicenna. Serapio fm Dios. & Gal. prima & secunda eius species, mundificat cutim.
 Sputum. Serap. secundum Gal. abst. rgit maculas faciei.
 Stellio. Serapio fm Dios. & Gal. mundat & clarificat faciem, maxime album eus sterus.
 Taurus. Plin. z 8. fel. Sex. sanguis vel fel linitum. & ir. similiter.
 Trifolium. Plin. z 1. linitum.
 Vernix. Circainstans.
 Vitis alba. Plin. z 3. Mef. succus radicis, pprie cum farina cicurum & fabarum, abstergit facie.
 Iranides. radix assata.
 Vlmus arbor. Auicenna. humiditates capitum eius.
 Vrina hominis. Sex. vel siccata quæ in vase est, linire infantes, proprie sapius lauet, nō solum in facie, sed etiā in corpore. Plin. z 8. tangat vertex gutta vrina.
 Yreos. Mef. ex succo eius & farina fabarū, & cicurū, fit linimentum bonū mundificas facie, & abstergens maculas omnes.
 Ysopus. Plinius. xx. cum melle, vel butyro addito. Hali. ex recenti cataplasma. Aui. similiter.
 Zinziber caninum. Auicenna. recens cum semine.

Colorem bonum inducentia, meliorantia, & clarificantia.

ABSINTHIUM.
 Acacia. Auicenna,
 Acorus.

Acerum squilliticum. Atn. Plin. z 3. Mef. vj. antid. Aui. vj. qnri.
 Serap. secundum Dioscoridē.
 Agaricum. Mef. vsus eius.
 Agates lapis. Alber. tritus ex eo portantē, boni coloris facit.
 Agnus castus. Auicenna.
 Amygdala amara. Plin. z 3. decoctio radicum.
 Anacardina cōfectio. Auic. iij. v.
 Anas. Serapio secundū Eben Mef. pinguedo eius. Auicenna. pinguedo & carnes.
 Anisum. Plin. xx. suffumigatum.
 Amisdarium cōfectio. Aui. j. v.
 Antamaron cōfectio. Nicolaus discoloratis confert.
 Apium. Plinius. vigesimo.
 Aristolochia. Aui. pprie rotūda.
 Asphodelus. Plinius. z 2.
 Assa. Auicenna. Serap. fm Dioscoridē, vsus eius in cibus.
 Baurach. Auicenna. emplastrum.
 Betonica. Plinius. z 6. Macer. in vino sapius hausta.
 Capilli Veneris. Mef. clarificat colorem sumpti.
 Cere. Plinius. xx. sumptē. Macer. Circainst. aspectus earum.
 Cicera. Aui. comesta & linita.
 Cuminum. Mac. sape comestū.
 Cyperi. Aui. Sera. fm Eben Mef.
 Citrum. Aui. acerositas eius.
 Cochleę. Plin. trigesimo, minute longe & candidę passim operantes, arefactæ trita linita.
 De citonijs. Mef. j. antid.
 Anacardina. Mef. ibidē.
 Alkab. Mef. iij. antidota.
 Cōfec. Kimme. Aui. j. quinti.
 De allijs. Auic. j. quinti.
 De scoria. Auic. iij. quinti.
 Serap. xx. anti. Dionum de medicis stomachi.
 Cubeba. Circainst. cum vino & melle, discoloratis ex frigiditate conferunt.
 Cucumer. Halia. semina cataplasmata optime valent.
 Curcuma cōfectio. Sera. viij. anti.
 Gretani. Plinius. z 6.
 Crocus. Serap. fm Dios. & Eben Mef. Auicenna. potatus.
 Diacurcuma magna. Mef. j. anti.
 Diacurcuma minor. Mef. ibidē.
 Auic. j. quinti. Serap. viij. anti.
 Diacytoniten. Auicenna tertio quinti. Serap. xx. antidota.
 Diacytoniten constrictiūm. Haliabas, i 4. antidotarij.

Diaromaticæ. Via. in cu. hydro.
Elleborus. Mefue. vsus eius color
 rem efficit bonum.

De gemmis.
 Aromaticum Galeni.
 Mef. primo antido.
 Letificans. Mef. j. ant.
 & in cu. melan. Diu
 sionu cap. de timore

Electua. Regum.
 Cabrosius. Aui. iij. v.
 Alefangius.
 Cartami. Hal. vj. anti.
 Baiadari. Hal. xiiij. at.
 Purgamenti ferri. Ha
 liab. xiiij. antidota.
 Myrabolanoru indoru

Alman. iij. tractatu cap. viij. de
 conditis murabat.

Eruum. Plinius. z. z. si quotidie ie
 iunus decoctionem biberit.

Es vltum. Cir. lotu decies sicut &
 lapis lazuli cu succo foeniculi
 vel oxymelle sumptu purgando
 melancholia cofert discoloratis.

Faba. Auicenna. emplastrum.

Fangius cofectio. Serap. xx. anti.
 Foenugra cum. Auicenna.

Ficus. Aui. sumptæ rectificant co
 lorem corruptum causa agritu
 dinis. Serap. secundum Diosc.
 similiter, ficus sicca in causa a
 gritudinis antiquæ.

Gallitrichum. Theffalus. vngue
 tum ex eo.

Gummi. Plin. z. 4. Sera. fm Diosc.
 ceraforu cum vino sumptum.

Lac. Aui. bibitum, maxime cum
 zuccaro proprie mulieris.

Lupini. Plin. vigesimo secundo,
 frequens eorum comestio.

Medicamen de musco dulce. Ha
 liabas sexto antidotarij.

Meliceratu conditu. Mef. vj. anti.

Mithridatum. Al. viij. tract. cap.
 j. Hali. vj. anti. Serap. viij. anti.

Myrabolani. Serap. cap. emblico
 rum, quando adunatur omnes
 tres species eoru cu emblicis &
 bellyricis, miscetur est eis modi
 cum olei amygdalaru dulcium,
 & conficitur cum melle, clarifi
 cant colorem. & cap. myrabora
 norum. fm Iudæum, nigri clari
 ficant colorem. Mef. myrabora
 ni acquirunt vtentibus colorem
 bonum, & infra, indi clarificant
 colorem. Aui. similiter de indis.

Nigella. Auicenna.

Nux muscata. Cir. medietas vni

mane sumpta, discolorationem
 causatam ex frigiditate, remo
 uet experientia doctus.

Foenugraei. Auicē. valet
 colori corrupto, pprie
 in albugine oculorum.
 Mastichinum. Nic. facit
 colorem pulchrum.

Oleu Nardinum.
 De costo. xij. antidotarij,
 Aui. decimo quinti.
 De croco.
 De hasce. Aui. ibidē. Se
 rapio. xxv. antido.

Orobis. Auicenna. Serap. secun
 dum Diosc. farina eius.

Sal vltum. Auicen. vsus eius vsti
 cum melle.

Sambucus. Auicenna.

Syrupus de fumo terræ minor.
 Mef. vj. anti. Via. in cu. hydro.

Sotira. Aui. primo quinti.

Sufuf Arist. Aui. iij. quinti.

Scamonea. Serap. fm Paulum.

Squilla. Plinius. z. 3. acetu eius.
 Serap. acetum meliorat colorem.

Auicenna. acetum, & syrupus.
 Mefue. lyropus.

Stercus. Auicēna. lacertæ, stellio
 nis, columbarum.

Theodorico magnu. Hal. vij. ati.
 Theodorico hyperisto. Nic. sim
 plex. i. non solutu sumptum.

Saracēna.
 Muscata Galeni.

Fauonis minor. Mef.
 primo antidota.

Maior. Haliab. xiiij. an
 tido. Serap. xx. antid.

Tryphera Minor. Serap. ibidem.

Ioannicij. Mefu. in cu
 ra factoris oris.

De scoria minor. Aui.
 tertio quinti.

Vetonica. Plin. z. 6. potata, colo
 rem plubeti corporis priuatim
 emendat, & gratiore reddit.

Vinum. Serapio. omne purum.

Vitis alba. K ir. radix affata.

Yffopus herba. Serap. fm Diosc.
 Aui. sumptus. Macer. sape sum
 ptus. Mef. ga iuuat digestionē.

Candidantia, & Dealbata fa
 ciem, & cutim.

A NAGALLY S. I. G.
 succo cum ros. facies
 liniatur.

Aries. K ir. hepar recens & vapo

rans, mulierum mamillis appo
 situm, coloratam & præclaram
 reddit faciem.

Aristolochia. Theffalus. vnguen
 tum ex folijs.

Cerussia. Plinius. z. 4. & 35.

Citrinum vnguentu. Nic. ad so
 lem vnctū, nigredinem tollit.

Iuuenus. i. vitulus. Plin. z. 8. ra
 lum candidi quadraginta dieb⁹

noctibusq; donec dissoluatur in
 liquorem, decoctum & illinitū

in linteolo, candorem, cutisq;
 erugationem præstare dicitur.

Lac. Sextus. afinæ cum fabis lini
 re, iuuat.

Rapa sylvestris. Plin. vigesimo,
 semen mista vrina pueri.

Taurus. Sextus. sanguis linitus.
 K iranides. fel.

Tilia. Plinius. z. 4. humor in fol
 liculis eius nascens.

Pallorem inducentia.

A MY. PLIN. XX.
 et est spēs cymini.
 Cyminum. Plin. xx. inte
 rius sumptum. Igno. cuti impo
 situm vel potatum. Circainst.
 frequens vsus cymini, discolo
 rationem inducit.

Cirrinantia cutim & faciem,

A CETVM. AVIC.
 ipsius multiplicatio.
 Ameos. Serap. secundum
 Dioscoridem, potatum vel lini
 tum. Auicenna similiter.
 Cyminum. Serapio fm Diosco
 ridem, linito corpore, vel nimius
 eius vsus assumptionis, Auic.
 nimius vsus eius.

Herbum. i. orobis. Auicenna.

Rubificantia faciem & cutim.

ALLIVM. PLI. XX.
 Cepe. Auicenna.
 Costus. Colliget.

Enula. Colliget.

Sambucus. Auicenna. eius odo
 ratio multa.

Thapsia. Auicen. & non dimitta
 tur applicata vltra horam.

Taurus. Plinius decimo octauo,
 simus eius.

Viticella. Circ. ex radice expresso
 succo, fricetur facies.

Rubori

Rubori faciei, & lepra eius.

BVLBVS CVM MEL
le. Plinius vigesimo.
Butyrum. Al. crudum.
Equus. Plinius. z 8. spuma eius,
cinis etiam vngulae rubori cum
pruriginis valet.
Lilium. Circ. radicibus viridibus
cachimia, camphoram, & oleū
sambacini, ad vltimum argen-
tum viuum exinctum. hoc vn-
guentum ruborē innaturalē fa-
ciei remouet.
Raphanus. Colliget. aufert citri-
nitatem faciei.
Vrtica. Pli. z z. syluestris cū vino
potata, rubori faciei valet.

Liiori faciei & cutis.

ABROTANVM. se
rapio fm Diosc. deco-
ctio vel ifusio seminis
eius crudi in aqua sumpta, liuo-
ri lacertorum confert.
Absinthium. Aui. Apul. coctum
in aqua & appositū. q̄ si corpus
fuerit molle, cū melle apponaf.
Allium. Plin. xx. vstrū cum oleo.
Aloe. Plin. z 8. cū melle linitum.
Apium. Macer. comestum saepe
in ieiuno in agris.
Aqua maris. Pli. trigessimoprmo
& post aceto foueri.
Calamentum. Serap. fm Gale-
num, abstergit liuores empla-
stratum, coctum in vino.
Centaura. Apul. succo maioris
liniri.
Cyclamen. Serap. fm Diosc. suc-
cus radicis coctae ad spissitudi-
nem mellis linitus.
Cyminum. Serap. fm Diosc. semē
syluestris masticatū cum melle
& pustulis, liuori sanguis mor-
tui valet.
Cotula. Ign. folia trita cū aceto.
Kekengi. Ignor. applicata.
Lupinus. Plin. z z. Halia. Serapio
fm Galenum, farina eius.
Mel. Serapio secundū Diosc. ama-
ri saporis linitum in facie.
Mercurialis. Ig. trisa applicata.
Nigella. Auicenna.
Orobis. Serapio fm Diosc. cum
melle, abstergit liuorem.
Oorum vitelli. Plin. z 9. cū bul-
bis & melle. Sextus. cum aqua
cocti per se, & impositi.

scoridē, folia trita, pruritu con
ferunt. Macer sicca fricata.
Sulphur. Al. Aui. Col. Hali. Sera.
fm Dios. cum nitro fricatio, au
fert pruritu, fm Gal. cum tere
binthina. Circ. cum oleo, cucu
meris afinini, elleboro albo, &
cera vnguētū. vel cum aceto, li
thargyro & oleo nucū vnguētū
Scabiosa. Circ. succus cum aceto
& oleo bibitus & linitus.
Scamonea. Auicēna.
Scoria argenti. Auicēna. Serapio.
scabiei & pruritu.
Spuma maris. Alman. Serap. fm
Galenum. Auicēna.
Spuma nitri. Serapio.
Squilla. Plinius vigesimo.
Squinanthum. Serap. fm Habyx,
oleum eius omnibus speciebus
pruritus confert. Hali. Aui. firf.
Staphisagria. Plin. z 3. oleū eius.
Serap. fm Dios. cū auripigmen
to & oleo. Aui. cum arsenico vel
sola. Ig. cū portulaca & oleo fri
cato corpe. Circ. cū aceto linita.
Stercus. Serapio secundum Gale
num, capræ vstum.
Strychnū. Plin. vigesimo sexto, suc
cus. Macer. succo fricari.
Styrax. Aui. linita. Cir. firf. Serap.
fm Habyx, liquida exiccat.
Tamarindi. Albucafis. Serap. fm Ebē
Mef. auferunt pruritu.
Tartarum. Circ. cum lithargyro,
oleo, & aceto vnguentum.
Tegula. Serap. secundum Diosc
ridem. Haliab. cum aceto.
Terebinthina. Serap. fm Dios. cū
melle & oleo. et secundum Gal.
cap. de resina.
Tithymalus. Serapio secundum
Dios. & Gal. lac eius.
Viola. Auicēna. epithema.
Vitis. Aui. & Hali. lachryma. Se
ra. gūmma. Al. lachryma & gūmma.
Vitis alba. Plin. z 3. radix. Auicē.
fructus linitus. Serap. lectū dum
Dioscoridem, similiter.
Vipera. Plin. xxix. carnes eius.
De cerussa.
Vnguentū Ad scabiem. Mef. xj.
antido. in scabie.
Alfusurine.
Vrina hominis. Plin. z 8. addito
nitro. Auicēna. & fax eius, pre
cipue cū nitro & aqua acetosa.
Serap. fm Dios. cum nitro, pru
ritu & scabiei valet, maxime ve
tus. Haliab. vrina pueri.
Vua. Plin. vigesimo tertio, nucleo
rum decoctio.
Logodion. Sera. ix. antid.
Theodorici. Serap. nono
antidotarij.
Yera Rufini. Nicol. proprie ex
phlegmate falso quan
tum castanea.
Archigenis. Mef. iij. anti.
Sera. ix. antid. Aui. ij. v.
Yricius. Serap. secundū Diosc. cu
tis vsta medicinis apponatur.
Ystopus humida. Plinius. z 9.
Scabiei ulceroſe.
A C E T V M . S E R A .
fm Dioscoridē, conue
nientibus mislum.
Acetosa. Serap. fm Dios. empla
strata

strata cocta cum aceto vel sene.
 Auicenna. cum aceto.
Allium. Auicenna. cinis cum melle.
 Serap. secundum Dios. similiter.
Alumen. Serap. fm Dios. vsu co-
 ctu cu folijs vitis, aut cu melle.
Ben. Serap. fm Dios. grana eius
 cum aceto. Auicenna. similiter.
Chamomilla. Serapio. emplastru
 eradicat.
Candarulum. Serapio fm Dios.
 medicinis admiscetur.
Cantharides. Serap. fm Gal. ma-
 xime vsu medicinis apponunt.
Caules. Serap. fm Dios. folia eius
 trita, vel cu fauich emplastrata.
Citoniorum oleum. Auicenna.
Cochlear. Serap. fm Dios. vsu.
Colla. Auicenna. de corijs & piscium
 cum aceto linita. Serapio secun-
 dum Dios. si fr. gluten dicit.
Condysi. Serapio secundum Dios.
 emplastrum cum aceto.
Cornal arbor. Auicenna. cinis cor-
 ticis cum aqua.
Cucumer asininus. Serapio fm
 Dios. radix puluerizata.
Elleborus. Sera. fm Dios. nigri em-
 plastrum folius vel cum aceto.
Fel tauri. Serap. fm Dios. cum ni-
 tro & cimolea curat. Auicenna.
Ficus. Serapio fm Dios. lac eius
 in emplastris conuenientibus.
Furfures. Auicenna. cum aceto ca-
 lidu emplastrata.
Gluten albotin. Auicenna.
Lapathium. Macer.
Lilium. Serap. fm Dio. radix cum
 melle. Auicenna. folia & semen.
Nasturtium. Aui. Serap. secundum
 Dioscoridem, semen.
Nigella. Serap. secundum Dios.
 cum aceto. Auicenna. similiter.
Nitrum. Serap. fm Galenum, in
 vnguentis ponitur ad hoc.
Oliua. Serapio. gummam eius.
Ordeum. Aui. cum aceto. Serap.
 fm Dios. cum aceto forti super
 positum curat eam.
Papauer. Serap. fm Dio. rubeum
 folia emplastrata eradicat eam.
Ruta. Macer. succus cum roseo,
 cerussa, & aceto.
Sal. Sera. fm Dio. cu oleo & aceto
 fricatio ad ignem donec sudet.
Semperuiua. Ignoratus.
Sinapis. Serap. secundum Dios.
 cocta in aceto linita.
Solstrum. Sera. fm Dios. folia for-
 titer trita, vel succus cu pane.

Sulphur. Sera. fm Dios. cum tere-
 binthina, v. resina pini & aceto.
Scamonea. Serap. fm Dios. radix
 in aceto cocta linita. Auicenna.
 cum aceto posita.
Setarag. Serap. fm Dios. linita.
Spuma maris. Sera. fm Dios. duae
 spes eius, & spes dicta adharki.
Spuma nitri. Serapio.
Syrax. Sera. linita cum vngueto.
Thapsia. Serap. secundum Dios.
 succus cum melle.
Terebinthina. Serapio secundum
 Dios. cum ziniar, chalcanto,
 nitro, & cre vsu.
Vitis alba. Aui. fructus linitus.
Vitis agrestis. Serapio. flos cum
 melle, croco, rosaceo, & myrrha
 in principio. gumi etiam vitis
 linita confert.
Vrina. Serapio fm Gal. curat sca-
 biem sordidam, & cum nitro v.
 ceratam. Auicenna. hominis. Sex.
 similiter cum nitro.
Ziniar. Serap. fm Dios. cum glu-
 tino albotin, are vsu, & nitro.
 Auicenna. cum ceroto.

Titillationi.

LIQUIRITIA. Haliab.
 Oleum laurinum. Haliab.

*Aegritudini in qua eleuatur
 caro vel cutis.*

APPIVM RAN-
 num. Gal. vj. simpli.
Ben. Serap. fm Gal. gra-
 nu egritudini in qua eleuat cutis.
Cantharides. Serapio fm Gale-
 num, medicinis apponuntur ele-
 uationis cutis.
Caulis. Sera. fm Gal. curat egrit-
 tudine in qua excoriatur caro.
Elleborus vterq. Sera. fm Dios.
 aegritudini eleuationis cutis.
Granata syluestria. Galenus sexto
 simplicium, flores.
Nigella. Serap. secundum Gal. au-
 fert egritudinem eleuationis cutis.
Papauer rubeum. Serap. secundum
 Galenum, curat aegritudinem
 in qua eleuatur cutis.
Scotanium. Serap. secundum Ga-
 lenum, cortex combusta.
Spuma. Sera. fm Galenum, egrit-
 tudini eleuationis cutis.
Staphisagria. Serap. fm Paulum,

aegritudini qua eleuatur cutis.
Sulphur. Serapio secundum Ga-
 lenum, cum terebinthina, egrit-
 tudini in qua eleuatur cutis.
Vitis alba. Serapio fm Galenu,
 egritudini eleuationis cutis.

Membris lesis a frigore.

ARISTOLOCHIA.
 Apul. in oleo cocta.
 Canabis syluatica. Apu-
 leius. semen eius, & vrticæ cum
 aceto ipsita, miraberis effectum.
Polygonium. Plinius. xxvj.
Platanus. Plin. z. 4. cinis frondiu.

Fissuris.

BDELLIVM. HAL.
 cum salua.
 Gluten. Serapio secundum
 Paulum, piscium.
Mel. Serap. fm Dios. coctum.
Oleum myrtinum. Haliabas.
Sene. Serapio fm Paulum.
Sifamus. Serap. fissuris melacho-
 licorum bibitus & linitus.
Vernix. Serap. secundum Isaac.
 cum oleo rosato linita.

Fissuris ex frigore rimis et ulceribus.

ACACIA. AVIC.
 Haliab. Serapio secun-
 dum Dios. fissuris.
Adeps. Serap. fm Dios. vsu.
Apium syluestre. Auicenna.
Aqua maris. Aui. anteq. vlcereat,
Aphodelus. Serap. fm Dios. co-
 cto oleo in cauatura radicum li-
 niatur. Plinius. z. 2. puluis.
Axungia. Plinius. z. 8.
Bucormarien. Auicenna. decoctio
 vel oleum eius.
Bleta. Serap. secundum Dioscori-
 dem, decoctio radicum.
Cancer. Aui. stuuialis vsus.
Cyclamen. Serap. fm Dios. deco-
 ctio vel radix trita cum oleo ve-
 teri. Auicenna. decoctio, vel oleum
 coctum in radice.
Citoniorum oleum. Auicenna.
Foenugra cum. Auicenna. cum ro-
 saceo proprie.
Ficus. Auicenna. ipse & lac, & fo-
 lia cum ceroto.
Ficus Pharaonis. Aui. lac, vel suc-
 cus foliorum cum ceroto.
Fimus. Plin. z. 8. apr. v. suis reces.

Lentes. Plin. vigesimo, in aceto & mulsa. Serap. cocta in aqua maris. Auicenna similiter.
 Luf. Serap. fm Dios. coctum cum vino. Auicenna similiter.
 Oleum muscelinum. Haliabas.
 Olibanum. Sera. fm Dios. cu adipe & axungia porci, curat scissuras pedum a frigore. Auic. sfr.
 Orobos. Sera. fm Dios. aqua decoctionis. Auicenna. similiter, maxime in manibus.
 Polygonium. Plinius. z 7.
 Ptx. Auicenna.
 Rapa. Serapio fm Dios. decoctio eius vel emplastrum ipsius coctum, vel incau ita rapa liquefiat cera & oleum rosatum super calidos cineres, confert etiam hoc scissuris vlceratis.
 Sicta. Auicenna. succus & decoctio foliorum prohibet eas.
 Squilla. Serap. secundum Dios. cocta linita. Haliab. cu melle.
 Testudo. Plin. vigesimo secundo, ova eius dura illinita.
 Triticum. Plinius. z z. vstum.
 Ungula asini. Serap. fm Gal. puluis curat vlcera in manibus & pedibus propter frigus.

Viatores a perfricatione itineris preseruantia.

AGNVS CASTVS.
 Sera. fm aliquos, portare baculum ex eo viatorem preseruat a perfricatione itineris.
 Alumen. Serapio fm Dios. vstum in aqua coctum & linitum, excoriati propter frigus confert.
 Aristolochia. Auicenna.
 Arbor cimicium. i. vltimus. Auic. linita cu aceto, sanat excoriationem.
 Ben. Galenus. vj. simplicium. Auicenna. cum aceto.
 Gallitrychum. Plinius vigesimo sexto, cocta in aqua.
 Cancer. Serapio fm Dios. cinis fluuiialis cum melle cocto, excoriati propter frigus.
 Caulis napa. Haliabas.
 Cepe. Auicenna.
 Celsus arbor. Hali. folia cu aceto.
 Elleborus. Auic. cu aceto linitus.
 Lactuca asini. Auicenna. cum ceroto linita.
 Laurus Plinius. z 3. bacca eius.
 Lithargyrus. Auicenna. abrasio/

ni coxarum & inguinum.
 Morum. Plinius vigesimo tertio, succus.
 Mulus. Plin. z 9. caput & fel, excoriati propter cantharides.
 Nympha. Plinius. z 6.
 Oleander. Auic. succus foliorum.
 Oleum. Plinius. z 8.
 Pellis. Auic. muri & similium. Halia. cinis veterum ocrearum, excoriati propter equitare.
 Pinus. Auic. corticis emplastrum.
 Politychum. Plin. z 5. & 3 z. cum rosaceo, infantium excoriati confert.
 Pulmo. Plin. xxx. agni vel arietis. Auic. arietis calidus appositus.
 Hali. porci vel agni combustus puluerizatus. Serap. agni & porci, excoriati calciametorum confert, vt dicitur.
 Platanus. Auicenna. cinis corticum vel foliorum.
 Plumbum. Circ. oleum fricationis in mortario plumbeo cum pistello plumbeo.
 Rosa. Auicenna. abrasio coxarum & inguinum.
 Sanguis. Plin. trigesimo, lacerta viridis. Auic. turturis & colubae calidus distillatus.
 Solea calciamenti. Plinius trigesimo, cinis veteris.
 Sordicies. Auic. luctantium.
 Sumach. Serap. secundum Dios. granorum emplastrum.
 Staphisagria. Auicenna. cum aceto vel sola.
 Stercus. Auic. caprarum. & irgallina recens linitum.
 Verbena. Plinius. z 6.
 Vnguentum de cerussa. Auic. xj. quinti. Serapio decimo octavo antidotarij.
 Vnguentum siricinum. Mes. v. decimo antidota.
 Vrina. Plin. z 8. asini cum suo luto. Haliab. hois. Serap. z 8. antidota. Auic. similiter antiqua proprie excoriati confert.
 Yera logodion. Auic. ij. quinti.
 Excoriati propter sculpturam.
BEN. GALENVS sexto simplicium, cu aceto, Lactuca asini. Galenus ibidem, linita cum aceto.
 Sumach. Serap. fm Dioscoride, granorum emplastrum.

Preseruantia in excoriati ab

ABSINTHIUM ponticium. Plin. z 6. intertrigines negat fieri.
 Cathoponticum fecit in manu habentibus. Apul. semicinctum.
 Agnus castus. Plin. z 4. Serap. fm aliquos, portare viatorem baculum ex eo, preseruat ipsum a perfricatione.
 Betonica. Sera. fm Dios. sumpta cum vino, propter excoriationes in membris itinerantium ex confricatione membrorum adiuuata.
 Pulegium. Plin. z 6. quod eodem die ieiunus collegerit si post se alliget. Apul. secum portare, vel sit per aurem, vel sub anulo, perfricationem non sentit.
 Populus. Plinius. z 4. virgam albae populi in manu tenentibus intertrigo non metuetur.

Excoriati, vel intertrigini itineris a frictione vel equitatio.

ARISTOLOCHIA. Plinius. xxvj.
 Axungia. Plinius. z 8.
 Calciamentum. Serap. Hali. cinis Ceruus. Sex cornu cineris drach. iij. spuma argenti drach. ij. aluminis scissi oboli. iij. cerorum faciat cum oleo myrrino.
 Crocomagma. Plinius. z 1.
 Gallae. Plin. z 4. commasticatae.
 Laricis. Plin. z 4. cortex vsta.
 Laurus. Plinius. z 3. bacaru suco & nitro perungis, oleum etiam lauri delphicae.
 Lithargyrus. Serap. secundum Gal. excoriati & confricationi intertrigines in coxis & alibi.
 Mandragora. Serap. fm Dios. foliorum fricatio, attritionibus itineris confert.
 Morum. Plin. z 3. succus corticis.
 Pellis. Auic. mulorum & similium.
 Rosa. Auicenna.
 Sulphur. Plinius. z 5. cum nitro & aceto linitum.
 Vitis. Plin. z 3. cinis cu oleo & vi

Eruptionibus.

BILETA. PLIN. xx. eruptioni papillarum, id est furunculorum.
 Cyclanem

Cyclamē. Pli. z 6. radix cū melle.
 Ebulus. Pli. z 6. folia cum vino.
 Edera. Plinius. z 4. folia cū vino.
 Elleborus. Pli. z 5. cum axungia.
 Fex vini. Pli. z 3. cū ireos equafr.
 Finus. Plin. vigesimo octauo, ali
 ni vltus cum butyro.
 Flos nitri. Plin. 3 1. cum cera.
 Lactuca. Plinius vigesimo, etu
 ptoni papillarum.
 Lapis melitinus. Pli. 39. cū cera.
 Lupini. Plin. z 3. in pluuiali.
 Myaces pifces. Pli. 3 1. cinis eorū
 Myrtus. Plinius. z 3. cum cera.
 Nitrum. Plinius. 3 1. cū axungia.
 Oleum myrtinum. Plinius. z 3.
 Ordeum. Plinius. z 2. cinis.
 Ostrea. Pli. 3 z. cinis cū aceto.
 Plantago. Plinius. z 6.
 Sputum. Hali. cum melierato.
 Vrina. Plinius. z 8. veris confert
 eruptionibus puerorum.

Ad bothor conferentia.

ALLIUM. SERA.
 fm Diosc. cum sale &
 oleo cinis. Auicenna.
 Aqua. Hali. naturaliter calida.
 Auripigmentum. Sera. fm Diosc.
 cum oleo ros. confert.
 Ben. Serap. fm Gal. bothor vlee
 rato confert. fm Diosc. cum vri
 na in causa phlegmatica.
 Betonica. Serap. fm Dioscoridē,
 cum axungia & aqua.
 Bucormarien. Auicēna. radix.
 Bulbus. Serap. fm Dioscoridem,
 cum squingebin.
 Butyrum. Alman. crudum.
 Bleta. Serapio fm Dioscoridem,
 cocta cum folijs eius.
 Caulis. Serap. secundum Diosc.
 semen aufert bothor.
 Cyclamen. Aui. radix. Serapio fm
 Diosc. radix cum aceto. fm Ebē
 Mes. vnguentum ex eo.
 Cinnamomum. Auicēna. cū ace
 to in leuibus bothor.
 Coriandrum. Isaac.
 Ebanus. Serap. fm Galenum.
 Elleborus. Serap. vij. pract. Mesu.
 niger, confert bothor malignis.
 Equus. Aui. coriū pulli vstū lini
 cum cū aqua, infrigidat ea.
 Eris flos. Serap. secundum Diosc.
 cum vino aufert.
 Farina. Serap. fm Dioscoridem,
 cum syrupo acetoso apposita su
 per bothor alba.

Ferri arugo. Auicēna. Serapio fm
 Diosc. linita cum aceto.
 Fex vini vel aceti. Aui. vsta exic
 cat vlcera.
 Fumus terræ. Diōnes. Albu. Se
 rapio secundum Habyx, bibitū
 tritum sine ebullitione.
 Furfur. Isaac.
 Gluten albotin. Auicēna. in phle
 gmatica causa.
 Homo. Aui. cinis capillorum.
 Lac. Serap. fm Diosc. coctū cū la
 pidibus ignitis & melle parum
 aqua, & modico salis linitio.
 Lubue, id est styrax. Auicenna.
 Lupini. Isa. Auicēna. Serapio fm
 Diosc. & Galenum, in leui.
 Lutū famiū. Aui. bothor phibet.
 Mandragora. Auicenna.
 Myrtus. Auicenna.
 Nenusar. Auicenna. radix.
 Nigella. Serap. fm Diosc. cum ace
 to emplastrata, aufert bothor
 mala. Auicēna. similiter.
 Oleum de kerua. Auicenna.
 Opopanax. Aui. lenificat valde.
 Orobus. Serap. secundum Diosc.
 cum melle mundificat.
 Raphanus. Serap. fm Diosc. cū fa
 rina lolij. Aui. si fr in lenibus.
 Ribes. Serap. fm Ignotum.
 Ruta. Serap. secundum Diosc. in
 ceroto cū oleo myrtino empla
 strum ex ea, aufert bothor dura.
 Salix. Serapio. cortex vltus.
 Semen lini. Auicenna.
 Senæ. Diōnes. Serap. fm Paulū.
 Serum lactis. Alman. Mesue.
 Spica. Auicenna.
 Spuma maris. Auicenna.
 Stercus. Auicēna. pecudis & came
 li. Auicenna. resoluit.
 Styrax liquida. Aui. Serapio fm
 Habyx, exiccat humidū, & sicca
 linita cum vnguento.
 Tegula. Serap. fm Diosc. linita.
 Vitis alba. Auicēna. radix. Serap.
 secundum Diosc. cum orobo, &
 scœnugræco radix.
 Yreos. Auicenna. cocta elixa, leui
 bus bothor

Ad bothor lactea.

ALLIUM. SERA.
 fm Diosc. cum melle.
 Asinus. Plinius vigesi
 mo octauo, vrina eius.
 Been. Auicenna. cum aceto.
 Castalinea. Aui. cū melle linita.

Farina. Serapio. cum syrupo acē
 toso applicata.
 Galbanum. Serap. fm Diosc. em
 plastrū cū aceto & nitro aufert.
 Lepus. Serap. fm Dioscoridem,
 sanguis calidus linitus.
 Semen lini. Aui. cū nitro & bolo.
 Surie species vitrioli. Serap. cum
 aqua linita aufert.
 Spuma maris. Aui. Serap. secun
 dum Dio. duæ primæ species, &
 species dicta andarki auferunt.

Pustulis conferentia.

ALLIUM. P L I N.
 xx. coctum cum melle.
 Auicenna. pustulis ni
 gris confert.
 Amylum. Plinius. z 2.
 Anacardi. Aui. pustulis nigris.
 Aqua. Alman. naturaliter calida,
 sulphurea, aluminosa.
 Auripigmentum. Serap. secundū
 Diosc. cum adipe resoluit.
 Butyrum. Alman. crudum.
 Calx. Circ. cum cepe & oleo.
 Chelidonia. Haliabas. radix.
 Cyclamen. Sera. fm Diosc. succus
 radice coctus ad spissitudinē
 mellis, maxime cum aceto.
 Cimolea. Plinius. 3 5.
 Citrinum vnguentum. Nicol. pu
 stulis phlegmaticis falsis in fa
 cie, vel crunibus ortis mirabili
 ter confert.
 Coriandrum. Plin. vigesimo.
 Cornu cervi. Plin. z 8. vltum.
 Daucus. Serapio secundum Dio
 scoridem, feminis emplastrum.
 Erugo ferri. Plinius. z 4. cum ce
 ra & oleo myrti.
 Fermentum. Hali. maturat.
 Ficus. Isa. cruda cū melle pust
 lis hūitibus viscosos humores.
 Furfur. Isa. cum aceto calidum.
 Lentis. Plinius. z 2.
 Liliū. Hali. foliorum puluis.
 Lupini. Isaac. decoctione eorum
 lauare, aufert.
 Menta syluestris. Serap. fm Gal.
 cum farina hordei.
 Myrtus. Pli. z 3. pustulis eruptis.
 Nitrum. Plinius. z 1. cum vrina.
 Oleum ros. Haliabas. cum aceto
 concussum desiccet.
 Portulaca. Plinius vigesimo.
 Sal. Plin. 3 1. cum sepo vituli.
 Sinapis. Plinius vigesimo.
 Syrupus de fumo terræ minor.

Mel. vj. antidota. Viaticus. in cura hydropisis.
Sifion. Serapio fm Galenum.
Sus. Plinius. z 8. simus combustus & linitus cum aqua.
Struthion. Macer. succus cum farina hordei.
Thapsia. Serap. fm Dios. succo cum melle, maxie admisto sulphure.

Verrucis & porris.

ADEPS. PLIN. triagesimo, cychni.
Alex. piscis. Plin. vigesimo secundo, feruefacta.
Anacardi. Serapio. mel quod intra ipsum est, aufert.
Apium. Auic. syluestre raninum.
Aqua. Auicenna. sulphurea.
Aquila. Kiranides, sterces eius trium linitum.
Aries. Plin. trigesimo, sanies pulmonis eius massati.
Agrimonia. Plin. z 6. cum aceto.
Assa. Aui. Serap. fm Dios. cum ce-roto, aut cum ficibus siccis superposita loco euulsionis, confert & aufert residuum earum.
Asinus. Plinius. z 8. vrina.
Aurum. Plin. vigesimo tertio, causticando aufert.
Been. Auicenna.
Betonica. Plinius. z 6.
Bulbus. Serap. fm Dios. cum vitello oui. Auicenna. similiter.
Canis. Plinius. xxx. vrina eius recens cum suo luto. Auicenna.
Cantharides. Aui. Plin. xxx. cum vua taminia nutrita corrodunt. Serapio secundum Galenum, medicinis apponuntur.
Capilli. Plin. z 8. vsti cum melle.
Carnub. Aui. immaturatum fricatio vehemens, delet eas omnino.
Cepe. Serap. fm Dios. succus cum sale aufert. Aui. cum melle.
Cicer. Plin. z 2. prima luna singulis granis singulas tangunt verrucas, ea que grana in linteo deligata, abiciunt post se ita fugari vitium arbitantes. Serap. fm Dioscoridem, similiter.
Cinis. Plin. z 8. fimi vituli cum aceto & vrina asini. Et. xxx. cinis albi fimi canis cum cera valde delet. & muris domestici & sylvestris, & porci, & vespertilionis, & fimi ouis, & lacerte. Et. xxxij. capitis piscis menne cum allio.

Cochlex. Plin. xxx. succus earum valet verrucis.
Crocomagma. Plin. z 1. cum vino.
Dipfacos. Plinius. z 7. linita.
Elleborus niger. Plin. z 5. cum squama aris & landaracha. Aui.
Eliothropia. Igno. fricentur cum ea, & trita superligetur. cadent enim & non renascentur. Plin. z 2. cum sale & succo, verrucas tollit. vnde nostri verrucariam appellauerunt.
Ficus. Plin. z 3. rami cum axungia & cinis, ficus grossi cum thymo, nitro, & farina. & lac ei est.
Serap. fm Gal. ramorum montanorum emplastrum aperit eas que dicuntur capita clauorum, & folia etiam: & lac eius etiam facto vnguento. Aui. fructus in maturi folia etiam. Col. lac eius.
Gallina. Plinius. z 3. simus eius cum oleo & nitro.
Guadai species ostracorum. Auicenna. contritum.
Hafce. Auicenna. resoluit eas.
Lacerta. Plinius trigesimo, caput sanguis, & cinis totius.
Lacticinia. Auicenna. Serap. secundum Dios. & Galenum, lac.
Lapis lazuli. Auicenna. Serap. secundum Alcanzi, aufert.
Locustę. Aui. pedes earum, vt dicit Myrrha. Aui. cum melle & casiali gnea. Serap. fm Dios. sifir.
Mus. Plinius trigesimo, diuulsus appositus. sanguis etiam eius recens. Auicenna. sanguis.
Nigella. Aui. Col. Serap. fm Dios. & Gal. cum vrina antiqua aufert.
Oleum. Serapio. agrestę.
Ozimum. Plinius vigesimo, cum atramento & aceto.
Piscis cuiusdam, scilicet sardellę caput. Auicenna. vstum. Sera. secundum Gal. caput piscis absque maris salis vstum, aufert eas.
Populus. Plinius. z 4. arboris nigre aquositas egressa ex ligno vulnerato.
Portulaca. Aui. proprietate sua.
Porrum. Sera. fm Dios. emplastrum cum sauiich. Auicenna. similiter.
Pulegiu. Sera. fm Dios. cum ceroto.
Rosa. Aui. trita apposita aufert.
Ruta. Serap. secundum Dios. emplastrum. Auicenna. cum nitro.
Sal. Plinius. z 1. cum sepo vituli incipientibus.
Salix. Aui. Serap. fm Gal. cortex

vsta cum aceto, verrucis proprie rotundis & infixis in cute linita eradicat. Circainst. similiter.
Senecta. i. spoliu anguis. Plin. xxx.
Sicla. Auicenna. succus.
Scorpio marinus. Plin. z 3. fel.
Scorpio herba. Plinius. z 2. cum melle eradicat.
Spuma. Plin. z 1. aquę maris.
Squilla. Sera. fm Dios. cocta linita. Aui. cum oleo & gummi pini.
Stercus. Serap. fm Dios. arietis. fm Gal. pecudis cum aceto linitum. Aui. cameli, pecudis cum aceto & stellionis.
Testudo. Plin. trigesimo secundo, sanguis cuiuscunque.
Thymus. Plin. z 1. cum aceto. Sera. pio fm Dioscoridem, similiter.
Tithymali lac. Plin. z 6. omnis speciei. Col. Serap. fm Gal. & Dios. linitum aufert. Apul. cum herba botraceo in verrucis pone.
Veronica. Plinius. z 8.
Vitis lachryma. Plin. z 3. que ex sarmentis accensis emanat. Serapio & Kiran. similiter.
Vitis alba. Auicenna. radix.
Xylocaracta. Serapio. Auicenna. immaturarum fricatio.
Yricius. Plinius trigesimo, fel.
Zinarites species ostracorum. Plinius vigesimo secundo, trita.

Verrucis & Apatibus, ut clauis.

AMMONIACVM.
Plinius. z 4.
Apium raninum. Aui.
Aristolochia. Plinius. z 6.
Assa. Auicenna.
Atriplex. Macer. emplastrata.
Axungia. Plinius. z 8.
Bos. Kiranides. fel.
Cantharides. Serap. fm Gal. medicinis apponuntur que euellunt verrucas dictas capita clauorum.
Cucurbita. Plin. vigesimo.
Crocomagma. Plin. z 1. cum vino.
Faba. Sera. fm Dios. cum farina fenugreci & melle resoluit clauos
Fermentu. Serap. fm Dios. cum sale coctum, maturat & aperit.
Ficus. Serap. fm Gal. rami montanarum emplastrati. similiter vnguentu ex lacte eius. Secundum Dios. sicca cum ireos & nitro, aut calce coctę maturat clauos: sed sicca cum mum, resoluunt eos.
Fim. Plin. z 8. apri vel suis reces.
Lacerta

Lacerta. Kir. hepar superpositū.
 Lycium. Plinius. z 4.
 Mandragora. Plin. z 6. radix.
 Oleū. Serapio secundum Diosc.
 de kerua, confert cicatricibus
 fœdis remanentibus post con-
 solidationem clauorum.
 Passula. Serapio secundum Diosc.
 cum ruta emplastrum.
 Salix. Plin. z 4. cinis corticis e' ra-
 mis primis. Serap. fm Gal. cinis
 corticis ad bohor familia capi-
 tibus clauorum.
 Sandali. Albu. fricatio eius super
 testa terrea alba, cōfert clauis.
 Seuum. Plinius vigesimo octauo,
 bubali cum thure.
 Sideritis. Plinius. z 6. folia.
 Spuma maris. Auicenna, illa scili-
 cet quæ plana est.
 Squilla. Serapio secundum Diosc.
 affata linita.
 Stercus. Aui. ouis cum aceto.
 Vitis alba. Kir. radix cū focnū gre-
 co & orobo, vel cū oleo cocta.
 Carni supererescenti in extre-
 mitatibus corporis.

CROCOMAGMA. Plin. vigesimo primo.
 Sal. Serap. secundum Diosc.
 scordem; cum adipe vituli.

Callis pedum & ubique.

AMMONIACVM. Plin. z 4. cum melle.

Cepe. Serap. fm Diosc. cū adipe gallinæ, aufert callos factos propter calciamenta.

Cinis. Plinius vigesimo octauo, talorum apri vel suis.

Crocomagma. Plinius. z 1.

Fimus. Plin. vigesimo octauo, apri vel suis recens.

Laser. Plinius vigesimo secundo, abrasit primo callis.

Nigella. Serap. secundum Diosc. emplastrum aufert.

Papyrus. Plinius vigesimo quarto, cinis eius cum aqua.

Pulmo. Plin. vigesimo octauo, apri vel suis, vel cerui.

Salix. Plinius. z 4. cinis corticis ramorum primorum.

Salsamenta. Plin. z 2. piscium.

Spōgia. Plin. z 1. cum aqua salsa.

Squamma ferri. Plinius. z 4.

Thymus. Plin. z 1. cum aceto.

De dispositionibus deco-
 rationis, sed nō in cu-
 te. Cap. IIII.

Odorem inducentia bonum
 corpori & sudori.

AMISDARIUM
 confectio. Aui. j. gnti.
 Cardus. Colliget fœto-
 ri corporis confert.

Confectio laticans. Mes. j. anti.
 & in cura melancholicæ.

Citrum. Serapio secundum Eben
 Mesue, cortex eius.

Bleborus niger. Mesue.

Electuarium de gemmis. Mes. pri-
 mo antidotarij.

Electuarium alkab. Mes. j. antido.

Gallia muscata. Mesue. viij. anti.

Gallitrychum. Thessalus. vnguē-
 tum eius.

Gariophylli. Auicenna.

Lithargyrus. Auicenna.

Myrtolani. Mesue.

Myrtus. Auicenna. vsta.

Oleum myrtinum. Plinius vigesi-
 motertio, fœtori confert.

Oleum de costo. Mes. xij. antido.

Rosa in balneo. Auicenna.

Spica. Auicenna.

Tryphera sarracenicæ. Mes. j. anti.

Tryphera Ioannicij. Mesue, in cu-
 ra fœtoris oris.

Fœtori subascellari, et in guinum.

ALVMEN. SERA.
 secundum Diosc. vstum
 linitum cum aqua.

Cardus. Colliget.

Casialigna. Circ. cū oleo & vino
 decoctōis ei' & aqua ros. fricet.

Folium Hali. tritum appositum.

Lithargyrus. Auicenna. Serapio se-
 cundum Alkanzi.

Myrtha. Serap. fm Diosc. cum ace-
 ro recenti linita. Aui. cum alu-
 mine & vino.

Myrtus. Sera. fm Diosc. folia trita
 apposita. Auicenna. similiter.

Musearum. Circainst. fricatio lo-
 co subascellarum.

Tucia. Almanfor.

Psyloabri odori vel fœtori.

GALLIA. SERAP.
 secundum Rasim.

Persicus. Serap. fm Eben Mesli-
 niatur pecten ex succo foliorū
 & florum. Auic. folia linita.

Sandali. Serapio secundum Isaac.
 linitur in balneo.

Odori vini.

ZVRVMBET. AVI
 cenna. Serap. fm. Ebe n
 Mes. proprietate.

Odori alliorum & ceparum.

BLETA. PLINIUS
 xix. Menander ex Græcis
 auctor est, allium come-
 dentibus, si radicē bletæ in pru-
 na coctæ superederit, odorem
 extinguet.

Citru. Hali. foliorū masticatio.

Crocomagma. Plin. z 1. masticata

Ruta. Auicenna. Serapio secun-
 dum Dioscoridem, masticata.

Zedoaria. Macer.

Zurumbet. Aui. Serap. secundum
 Eben Mes. proprietate.

Ceparum odorem remouentia.

NVCE. PLINIUS
 xxij. quia inimican-
 tur cepis.

Fassidium vini inducentia.

ANGVILLA. PLI.
 z. duæ necata: in vi-
 no. Item anguilla vna
 marina putrefacta in vino. Kir.
 hepar eius cū felle solutum cū
 vino latenter alicui detur bibe-
 re, nunquā amplius poterit bi-
 bere vinū. Item si detur parū de
 vino in quo necata sit anguilla.
 Mulus piscis. Plinius trigesimo se-
 cundo, necatus in vino.

Noctua. Plin. oua eius data cum
 vino per triduum.

Rubilio piscis. Plin. trigesimo se-
 cundo, necatus in vino.

Facientia tolerare multam
 potationem vini.

BRYONIA. KIRA
 nides. succus cum aceto
 ieiunus bibat.

Pumex. Plinius trigesimo sexto,
 pulueris eius sumptio ante po-
 FF

tationem, sed nisi immenso potu repleatur, periclitatur.

Inducunt ebrietatem.

AGNVS CASTVS
Plinius. z 4.

Ammoniacum. Auicenna. Serapio secundum Humaym, proprietate.

Bazar species palmæ. Serap. Plinius. dactyli.

Burseriam. Auicenna cum vino mistum valde inebriat.

Cyclamen. Aui. Serapio secundum Dioscoridem cum vino bibitum.

Cuscute. Sera. impositum in vino.

Crocus. Serapio secundum Rasim, inebriat fortiter positus in vino.

Auicenna similiter cum vino.

Gallia. Auicenna.

Harmel. Auicenna. Serapio secundum aliquos, inebriat sicut vinum.

Iabrol. i. mandragora. Al. Aui. in vino, valde inebriat.

Hyoxyamus. Almanfor.

Vinum. Serapio secundum Dioscoridem, nigrum & stypticum, & quodlibet optimum.

Zizania. Isaac.

Ebrietati obuiantia & crapula.

ABSINTHIUM.
Serapio secundum Dioscoridem, prohibet. Aui.

cenna. sumptum ante vinum. Ctr. succus cum melle & calida.

Acetosa. Serapio secundum aliquos, confert ebrietati.

Agaricum. Plinius vigesimo octavo, post cibum cum aqua.

Agnus castus. Plinius. z 4.

Amygdalæ. Plinius. z 3. amaræ. Auicenna sumptæ ante vinum, & proprie quinque numero. Serapio secundum Dioscoridem, quando comeduntur quinque in ieiunio, prohibent ebrietatem.

Anser. Kiran. ius confert illis qui multum biberunt.

Aqua. Plinius. z 1. frigida. Almanfor & Mes. rosata.

Aron. Plinius. z 4. in cibo.

Betonica. Serapio secundum Dioscoridem, ante vinum sumpta. Musa similiter.

Brassica. Plinius. vigesimo, vino aduersari brassicæ, vt inimicam vitibus. antecedente in cibis ca-

ueri ebrietatem, postea sumpta crapulam discuti. Mac. ius eius prius sumptum.

Bryonia. Kir. succus cum aceto sumptus in ieiunio, ab ebrietate conseruat.

Casialignea. Haliabas.

Caulis. Almanfor. Serapio secundum Dioscoridem, si ebrius comederit, confert.

Auicenna, decoctio vel semel, tardat ebrietatem. Halia. napa caulis.

Centumcapita. Plinius. z 2.

Citonia. Isaac. succus. Serapio secundum Eben Mes. sugere pontica post vinum confert. Aui. in secunda mensa sumpta,

Confectio de acetosa. Mes. j. antidota. Serapio octavo antidota.

Coriandrum. Sera. secundum Albugerig.

Crocus. Plinius. xij. si sumatur ante vinum vel odoretur. Serapio secundum Dioscoridem, cum rob bibitum.

Auicenna similiter.

Grocomagma. Plinius. z 1.

Edera. Plinius. z 4. grana eius succum cum croci hirtia potui vini presumpta, preseruant a crapula.

Granata. Auicenna. vinum eorum, & rob similiter.

Lac. Plinius. z 8. capra.

Lactuca. Serapio secundum Rufum, sumpta in medio potu vini. Auicenna in medio cibi.

Lapis Dionysius. Serapio, Albeus, odoratus.

Lapis in capite aquile piscis. Kir. bibitus cum vino, vel portatus ad collum, non sentit lesionem vini.

Lapis amethystinus. Alber. Lapis.

Mespila. Auicenna. sumpta in secunda mensa.

Myrtus. Plinius. z 3. vinum eius.

Olibanum. Serapio secundum quosdam.

Porrus. Plinius vigesimo.

Pulmo. Plinius. z 8. apris vel suis assus sumptus in ieiunio, Et. xxx. pecudis assus sumptus, Kir. anas in ieiunio comestus, ab ebrietate preseruat, & quicumque biberit, non sentiet.

Raphanus. Plinius. xvij.

Ribes. Serapio secundum quosdam.

Rob granatorum. Almanfor.

Rosæ. Almanfor.

Ruta. Plinius vigesimo.

Sisamum. Haliabas.

De citro. Serapio z 3. anti.

Syrupus Acetositatis citri.

Acetosus. Mes. vj. anti.

De prunis.

Vinum. Plinius. z 3. myrtinum, & dulce vinum minus inebriat.

Viola purpureæ. Plinius. z 1. olfactum. Macer similiter.

Yrundo. Plinius. xxx. cinis rostri eius cum myrto tritus inspersus vino, securos presert ab ebrietate.

Nauseatine satietati conferentia.

DIACYMINVM
Galeni. Auicenna. iij. quinti. Melue. j. antidota.

Electuarium de aromatibus Galeni. Mes. primo antidota.

Pilule quadam. Aui. iij. primi capite eo quod comeditur & bibitur.

Sal. Plinius. vigesimo tertio, dulcium fastidium temperat.

Theriaca magna. Sera. vij. anti.

Conuulsas bilares facientia.

ASINVS. KIR. pili auriculæ combustis potati a muliere non cessabit trullare. Soluitur autem si asine pilos combustos potauerit.

Berberna. Macer.

Blugossa. Macer. vinum decoctionis inter conuulsia sparsum,

Multiplicantia pediculos.

FICVS. GALENVS
secundo alimen. Isaac. Amanfor. sicce. Auicenna ipsa & ficus Pharaonis.

Lac. Auicenna. Plinius. eius vsus.

Raphanus. Serapio secundum Rasim. Auicenna.

Serpentum carnes. Al. Aui. Sera. secundum Dioscoridem, thyri carnes comestæ.

Pediculis & lendibus obuiantia.

ALLIUM. SERA.
secundum Dioscoridem, assiduatio comestiois interficit pediculos & lendes, vel cum decoctione origani bibitum. Auicenna. montani decoctio potata & linita.

Alumen. Plinius. z 2. & z 5. cum sale. Serapio secundum Dioscoridem, vsum cum aqua, linito capite, occidit pediculos & lendes. Auicenna. cum aqua.

Alkitran. Serapio secundum Galenum, interficit pediculos & lendes.

& lendes. Auicenna. Haliabas.
 Aqua maris. Plin. xxxj. Auicenna.
 Argentum viuum. Alman. Haliabas. cum oleo. Serapio fm Diosc. & alios, mortificatum mistum cū oleo rosato, occidit pediculos. Secundum Rasim, extinctum. Aui. extinctū cum oleo rosato. Circainst. extinctum cum aceto & farina lupinorum.
 Arsenicum. Alman. & Auicenna.
 Aristolochia. Haliabas. cum oleo longe fricetur corpus.
 Auripigmentum. Serapio secundū Diosc. cum oleo occidit. Auicenna. similiter, vel cum myrrha.
 Bleta. Serapio. fm Diosc. decoctio eius & radice ablutio, lēdes auferet. & secundum aliquos succi linitio pediculos occidit. Auicenna. sicē succus.
 Cantharides. Haliabas.
 Capra. Sex. lac aquatū quod paulatim infunde, & quicquid residet, misce cū melle & sale, & fricetur corpus & caput.
 Colla. Auicenna. de corijs vsta & lota, stat loco tucie in lendibus.
 Cussus. Auicenna. lachryma. Sera. fm Diosc. gummi eius vel lachryma, occidit pediculos.
 Elleborus. Circainst. puluere eius cum aceto decoctionis lupinorum liniatur caput.
 Eruca. Plinius vigesimo.
 Fel. Plin. vigesimo octauo, vituli cum aceto, lendes occidit.
 Lac. Plin. 38. caprē lēdes occidit.
 Libanotis. Plinius vigesimo, trita cum aqua aspersa.
 Lupini. Isaac.
 Mel. Plin. z z. cum rosaceo auribus instillatum, lendes & foeda animalia capitis necat. Serapio fm Diosc. linitum, pediculos & lendes occidit. Aui. similiter.
 Memem. i. lisybrium. Auicenna.
 Nepita. Macer. succus, maxime cum melle & sale.
 Nitrum. Plinius xxxj. cum oleo in capite cum terra samia.
 Oleum. Plin. z 6. eius unctio.
 Sene. Serapio fm Paulum.
 Staphisagria. Almanfor. Serapio secundum Dioscoridem, cū auripigmento & oleo. Auicenna. proprie cum arsenico. Igno. cū portulaca & oleo fricato corpore. Circ. cum aceto linita.
 Tamariscus. Serapio secundum

Dioscoridem, decoctio aspersa. Auicenna similiter.
 Thyrsus. Haliabas. carnes comestae praeseruant.
 Tutia. Auicenna.
 Vipera. Plin. xxix. carnes comestae.
 Volubilis magna. Auicenna. lac eius.
 Vultur. Sex. viuo vulturi excisam medullam vino bibant.
 Vua taminia. Plinius, z 6. succo cum oleo perfrictio corpore. Irē taminia in aceto liberari vestes ab hoc tēdio.

Pulicibus obuiantia.

ABSINTHIUM.
 Macer. trito cum aceto perungi, & fumus eius fugat eos.
 Ancusa. Plin. z z. radicū decoctio aspersa per domum occidit.
 Conyza herba. Ignotus. occidit.
 Coriandrum. Apul. contriti aqua decoctionis asperge domum.
 Cuculus auis. Plin. xxx. quo quis loco primo audiat eū, si dexter pes circūscribatur, ac vestigiū illud effodiatur, non gigni pulices puluis ille vbicūq; aspergit.
 Elleborus. Sera. fm Diosc. aqua infusionis nigri aspergatur domo.
 Halseh. i. chamēleōta. Aui. decoctio aspersa in domo, interficit.
 Lampyra. id est vermiculus lucēs in nocte. Kiran. posita hac in pavimento domus, fugiunt.
 Libanotis. Plinius. z 6.
 Oleandru. Aui. decoctio aspersa.
 Psilus. i. vermiculus paruus salrans in litore marino. Kiran. multoties cum psyllio herba coque in aqua maris, aspergatur, recedent, & non amplius erunt.
 Pulegium. Plinius vigesimo, fumigium recentis.
 Sambucus, vel ebulus. Plinius vigesimo tertio, decoctione aspergatur domus.
 Tribulus. Plinius vigesimo secundo, decoctio aspergatur. Serapio secundum Dioscoridem, decoctio eius rorata, occidit.

Cimicibus contraria.

ABSINTHIUM.
 Serapio. cum oleo vngatur corpus. Auicenna. oleum eius.

Alumen. Auicenna. cum aqua.
 Cypressus. Serapio secundū Ebē Mesue, fumigium nucum, vel foliorum expellit.
 Conyza herba. Ignotus.
 Lupini. Isaac. aqua in qua dulcorantur, sparsa, occidit eos.
 Sanguisuga. Plin. trigesimo secundo, fumigium earū, & eius cinis. Kiranides similiter.
 Stercus. Serapio secundum Diosc. tauri, vel bouis fumigium. Auicenna similiter.

Inducentia lepram.

ALLIUM. CIRC.
 nimia sumptio.
 Anacardi. Serapio secundum Albugerig. Circainstans. soli sumptio.
 Carnes grossae. Auicenna. & vacinae. Isaac. vaccinae.
 Cyperi. Aui. Serapio fm quosdā, multus vsus eius.
 Lens. Isaac. Auicenna. multitudo eius.
 Melongia. Auicenna.
 Stercus. Kiran. phasianū.

Lepra conferentia.

ACETVM. PLIN.
 vigesimo tertio.
 Adeps. Plin. trigesimo secundo, vituli marini.
 Allium. Plinius vigesimo, vstum cum garo.
 Alumen. Plinius vigesimo quinto, cum succo olearum.
 Alcyonium. Plinius. 3 z. vstū cū lupino & sulphure.
 Ancusa. Plinius vigesimo secundo, cum aceto.
 Apium raninum, Plinius vigesimo quinto.
 Aqua. Mes. Divisiones casei. Almanfor. aqua minerę cris.
 Aristolochia. Thessalus. vnguentum ex succo.
 Arpyia auis. Kiranides. simus cū aceto linitus.
 Asphodelus. Plin. z z. cū aceto.
 Asinus. Auicenna. carnes eius.
 Asphaltus. Plin. trigesimo quinto, exterius.
 Aurum. Circainst. limatura valet timentibus lepram depurando superfluitates.
 Baurach. Haliabas. cataplasma.

Brassica. Plin. vigesimo, domestica & syluensis cum alumine & aceto applicata.
 Calamentum. Auicenna. sumptum. Serapio secundum Gal. poritum maxime confert.
 Cancer. Plin. 3 2. cinis cū oleo.
 Campa. Plin. vigesimo nono, ptyocampe nascetes in picea.
 Cantharides. Plin. xxix. exterius. Haliabas. cum aceto.
 Caprificus. Plinius vigesimo tertio, succus eius.
 Capra. Serapio. seu eius cum san daracha vngue.
 Cataputia. Serap. secundum Dioscorid. ipsa & oleum eius.
 Caulis. Macer. cum alumine scisso & aceto.
 Gepe. Haliabas. fricatio eius in leui lepra.
 Citrinum vnguentū. Nic. facies vincta multoties emendatur.
 Cochlear. Plin. xxx. cinis earum.
 Colocynthis. Serap. folia bibita taxando conferunt multum. faciunt enim consistere aegritudinem & dolores suos, & non sinit augeri. Auicenna. fricatio foliorū. Mes. cum aceto forti fricata.
 Columbus. Kiranides. sterco eius cedria.
 Condyli. Macer. succus cum aceto & polenta.
 Confectio Hamech. Mesue tertio antidotarij.
 Confectio anacardina. Auicenna primo quinti.
 Confectio bedera. Auicenna tertio quarti in cura leprae.
 Coruus. Kiranides. fimi eius sumigium in alba lepra.
 Decoctio epithymi. Mes. vij. ant.
 Delphin. Plin. trigesimo secundo, pinguedo vel cinis.
 Dragontea. Kiran. succus cum adipe draconis marini.
 Elleborus. Mes. niger. Plin. 3 5. albus. Hali. similiter cū aceto. Macer. albus & niger applicatus.
 Epithymum. Mesue.
 Ericius. Auicenna. carnes. Serapio. secundū Gal. sicce bibite. Kiran. marini cinis linitus.
 Erugo aris. Plin. trigesimo quarto, cum terebinthina.
 Eruum. Plinius. 2 2. farina eius cum sulphure viuo.
 Fel. Plinius. 2 8. capre & tauri er.
 Foenugra cum. Plin. 2 4. cum sul-

phure aequali pondere fricatio ne prius facta cum nitro.
 Fex vini. Plin. 2 3. vsta cum ficu.
 Fumus terrae. Mesue.
 Gith. Plin. xx. cum aceto.
 Lapis armenus. Mesue.
 Lapis lazuli. Mesue.
 Lepidum. Plinius vigesimo.
 Lilium. Plinius. 2 1. radix.
 Limonia. Plinius. 2 2.
 Locusta. Plinius trigesimo, pedes cum seuo hirci.
 Lolium. Macer. cum raphano & modico salis.
 Lupini. Plinius. 2 2. Haliabas.
 Miaces species conchyliorū. Plinius. 3 2. cinis eorum.
 Myrabolani. Auicenna. Mes. nigri. Serapio. omnes.
 Murena piscis. Plinius. 3 2. cinis cum melle exterius.
 Mus. Kiran. sterco cū aqua linitū.
 Napellus. Auicenna. & etiam napellus Moysi.
 Nigella. Haliabas. cum aceto.
 Nitru. Plin. 3 1. cum oleo linitum.
 Oleum de squinantho. Halia.
 Ossa. Haliabas. bouis vsta.
 Pastinaca piscis. Plinius. 3 2. iecur coctum in oleo.
 Inde. Mes. x. antid. in cura sode melancholica.
 Pilula Fectida maiores. Mes. ibidem, & in cura egritudinum neruorum.
 Lapis armeni. Mes. x. anti.
 Portulaca. Circainst. radices vste cum melle linitae, paliant rhagaditas leproforum.
 Pulegium. Colliget.
 Rana. Serapio. fm Dioscorid. paludose cū sale & oleo coctae comestae. Auicenna. si fr coctae, sūt beo ar lepre.
 Ruta. Plinius vigesimo, cum melle & alumine exterius.
 Sal. Plin. 3 1. cū passulis, seuo bubali, origano, & fermento. Serapio. fm Dioscorid. cū oleo & aceto. Mes. sal napticum & sal indum.
 Sambucus. Cir. balneum fortissimum ex vino decoctionis corti cum florum & fructus, curat leprosos vel vlceratos ex phlegmate si fiat saepe.
 Serum lactis. Plinius. 2 8.
 Serpens. Auicenna. carnes comestae valde conferunt. Kiran. coctae cum sale in olla rudi.
 Sinapis. Plinius vigesimo. Macer cum aceto linita.

Syrupus de fumo terrae. Mes. lxx. xto antidotarij.
 Syrupus de epithymo. Mes. ibidem.
 Sulphur. Plinius. 3 5. cum resina, ita quod celeriter euellatur. Haliabas. excoriat cutem & lepram cataplasmatum.
 Scamonea. Plinius. 2 6. decoctio radice in aceto ad grossitudinē mellis linitur.
 Smaragdus. Serapio secundum Ignorum, linitura sumpta.
 Stercus. Serapio. secundum Dioscorid. bouis vinum decoctionis in olla noua bibitum, confert.
 Struthium. Ignotus. imposita. Macer. in aceto.
 Thapsia. Hali. potara cū aceto.
 Tamariscus. Serapio. fm Dioscorid. decoctio radicum cum passulis sepe data cuidā mulieri curata est vt expertum fuit.
 Theodoricon magnum. Haliabas. septimo antidotarij.
 Theodorico nucis muscatae. Auicenna. ij. quinti. Sera. ix. antido.
 Theodoricon anacardinū. Circa.
 Tilia. Plin. 2 4. cum aceto folia.
 Thyrsus. Serapio. fm Gal. theriaca ex carnibus eius assiduata, aut linito corpore ex ea, confert valde. Auicenna. carnes comestae. Haliabas similiter praeseruat.
 Theriaca maior. Auicenna. j. quinti.
 Tithymalus. Apul. florem contritum decoque & illine, & non sinit crescere.
 Turbith. Mesue.
 Vipera. Auicenna. carnes ei comedere.
 Vitis. Plin. 2 3. lachryma, vel gummi cum nitro. Auicenna.
 Vitis alba. Plinius. 2 3. semen.
 Vultur. Plinius. xxx. sanguis cum radice chamaeleontae albae.
 Vrina. Haliabas. puerorum.
 Vertica. Plinius. 2 2. sumpta, tollit lepram a facie.
 Rasis. Mes. iij. antido.
 Hippocratis secunda. Auicenna. secunda quinti.
 Yera. Andromachi. ij. Auicenna. ij. v. Logodion. Auicenna. ibidem. Serapio. ix. antidota. Theodorico. Sera. ibidem.
 Yrcus. Plinius vigesimo octauo, iecur coctum cum melle & cum aceto calidum illinitum.
 Yrundo. Kiranides. simus eius cum felle caprae.